ruit: vt nonnulli ex infima fortuna in ordinẽ Senatoriũ: atq; ad ſum=
mos honores proceſſerint. Cęterũ quia res nulla apud animos homi
nũ pluſq̃ ordo & ornatus orationis valet & vt terra cultu: ſic animus
diſciplinis melior/huberiorq; efficitur. Nec vnq̃ ſolida atq; robuſta
fuerit eloquẽtia/niſi multo ſtilo vires acceperit. Vos vos inquã ado=
leſcẽtuli hortor/vt oratorię pcepta ediſcere/& noctu atq; interdiu ma
Facultas ĩ lrĩs. — nu verſare: exercereq; etiã debeatis. Sed quoniã nulla facultas in litte=
Rhetores — ris ſine interpte haberi poteſt: vt ille inqt: ad Rhetores: hoc eſt artifi=
cioſę eloquentię doctores: cõfugiendum cenſemus. Dixi.

¶Quid in ſomnio Scipionis parte vltima ſexti libri de rep.
Ciceronis: contineatur. Tit ſexto.



Vm rerũ varietate viri clariſſimi ſenſus oẽs reficiantˀ: oble=
ctenturq; plurimũ. Nõ ab re viſum eſt: diuerſum a ſupiori
lectione opus: hic hodie interptari. Quocirca vti heſterno
die/ita nũc obſecro: & intẽti & ora tenẽtes (nã breui expediã
qd in ſomnio Scipionis parte vltima ſexti libri de rep. Ciceronis: cõti
neatˀ) qualiacũq; dixero audiatis. Marcus Tullius de diuinatione ſe=
cũdo volumĩe: meminit de rep. ſex edidiſſe libros: quos qdẽ quũ reip.
Libri ſex — gubernacula teneret: ſcripſiſſe ait: magnũ ꝑfecto locũ: philoſophięq;
De rep. — ꝓpriũ: a Platone: Ariſtotele: Theophraſto: totaq; peripateticoꝝ fa=
milia tractatũ huberrime. Verum maioꝝ incuria & negligẽtia apud
Somnium — nos pars vltima tãtũ de ſomnio Scipionis extat: vbi qdẽ ſcribiˀ quo=
Scipionis — modo Scipio maior apparẽs dormiẽti nepoti ſuo Scipioni minori p=

ultantē verborum audacia: reprimebat: alterū cū ctātē, & quasi verecūdū incitabat. Deniq; ēt a philosophia pfect⁹ prīceps Xenophō: Socratic⁹ ille: Post ab Aristotele Callisthenes, comes Alexādri scripsit historiam & is quidē rhetorico pene more: Ille aūt superior, leuiore quādā sono ē vsus. Minim⁹ natu horum oīm Timęus lōge eruditissim⁹: & reū copia & snīarū varietate abūdantissim⁹ & ipsa ppositiōe verborum nō impolit⁹ magnā eloquētiā ad scribendū attulit. Cadmus aūt Milesi⁹ historiā pm⁹ oīm cōdere instituit. Possem & plures tū Gręcorum: tū Latinorum scriptores enumerare: sed ista satis: vt ad reliq pgā. ¶ Pria igit historię lex: ne qd falsi dicere audeat: Deinde neq d veri tacere: neq; suspicio grē sit in scribēdo: neq; simultatis: q fundamēta nota sunt oīb⁹. Itaq; nōnūq summis laudib⁹ extollere inimicos debet: quū res gestę eorum ita exigere vident: interdū amicos necessariosq; rephendere quū errores eorum digni sūt: q rephēdantur. Ac veluti siquis oculos aīanti effoderit: qcqd supest corpis inutile sit: ita dēpta ex historia veritate narratio oīs inutilis ē. quā ob rē neq; a rephēsiōe amicorum, neq; ab inimicorum laudib⁹ (cum ita res ferat) abstinēdū. ¶ Ipsa vero exædificatio posita ē: in rebus & verbis. Rerum rō: odinē tpm desiderat: Regionūq; descriptionē. Vult ēt in reb⁹ magnis, meōriaq; dignis: vt Cōsilia primū, deiñ acta explicētur: postea euēt⁹ expectetur. Nā pmo cōsulit: inde agit: deiñ actionē seqt euēt⁹. Dicetq; pmo: qñ: deiñ vbi queq; res gesta fuerit. In psilijs significet: qd scriptor pbet vel vitupet: in reb⁹ gestis declaret qd actū aut dictū sit: quū de euētu dicet: causę explicent oēs vel casus: vel sapientię: vel temeritatis: qcqd em̄ euenit vel casu accidit: vel ratiōe: & cōsilio gerit: vel temeritate admittit. Hoīmq; ipsorum nō solum res gestæ narrent: Sed ēt, q fama ac noie excellat: de cuiusq; natura: ac vita scribat. vt laudent q laudādi sunt: q vituperent vitupādi. Verborum aūt ratio: & gen⁹ orōnis fusum, planū & sine aspitate vlla: atq; tractū & continuū: & cū lenitate & suauitate quadā ęqbiliter pfluēs psequēdum ē Tractent & disertissimę cōciones, & cohortationes Impatoris ad Milites: Cōsolatiōes doloris: Præcepta bñ viuendi. Admonita bñ instituēdi: Pugnaq; ipsa ordine describat. Sed nihil ē in historia pura & illustri breuitate dulci⁹. ¶ Ad vitę deniq; institutionē vtilissima historia cēsenda ē: nā mores nros, effingit ad virtutē: ad honestū impellit: detestat vitia: pbos extollit: deprimit iprobos: ac rerum: qs describit experimēto plurimū cōfert ad rectā vitā: ostēdit em̄ legētib⁹ pteritorum exēplis. quid nobis appetendū sit: q due fugiēdū. Hinc puatos viros imperio dignos efficit: Impatores ob immortalē gloriā ad pręclara facinora impellit. Milites ppter laudē: quę mortuos seqt: prōptiores efficit ad picula p patria subeūda. Improbos timore infamię ab malis facinoribus deterret. Deniq; omniū rerum: quib⁹ fęlicitas hominis paratur, laudem pręcipuā causamq; historię tribui decet. Est. n. eorum custos, q cū xtute acta sūt testē se malefactis: bñficāq; erga oē genus hominum prębens. Et em̄ cętera monimenta paruo tempore durant varijs casibus disturbata: historiæ virtus per vniuersum orbem diffusa

Xenophon
Callisthenes
Timęus
Historię lex.
Reru; Ratio
Homines
Verborum ratio
Historiæ vtilitas.

ipsum quod cætera consumit tempus custodem sui habet. Affert præterea multum opis. Eloquentiæ: qua nil ferme p̄clarius repitur. Cum nihil sit Eloquētia/nisi copiosę loquens Sapientia. Debet autē Historicus/primū quidē materias eligere pulchras & excellentes: Plurimā q; Vtilitatem his/qui lecturi sunt afferentes. Deinde parare cōgruas scribendę materiæ facultates multa cum diligētia atq; industria. Quę sane omnia Valerius Maximus ad vnguē executus est. Quocirca nullius historia vlla est/quæ plus hominibus iucunditatis & commodi exemplorum numero afferre possit. Ideoq; eius electorum commentarij interdiu ac noctu manibus versandi sunt. Deq; ijs agēdum/qđ de Homero Arcesilaus Philosophus in dicēdo grauissimus/& in scribendo satis exercitatus/agere solebat: Homeri em̄ adeo studiosissim⁹ erat/vt semper ante somnū eius aliquid legeret. Dixi.

Eloquentia historiæ materia.

Homerus. Arcesilaus.

¶ Carminū Horatij ꝯmoda. Eloq̄ntię vis. Fabularū occultus sensus. Historiæ virtus. Philosophiæ emolumēta. Oda quid sit. Tit. quarto.

Dicturus hodie hoc in loco præstantissimi viri/diu sane fui cogitabundus: quid potissimum reiq; consentaneum afferre possem. Illud demū occurrit (Cum Horatij Flacci Odas præsenti anno expositurus sim) vt illarum commoda aperirem: sunt enim q̄plurima scitu ꝑfecto dignissima & cognitu necessaria/indeq; perutilia. ¶ Delectant primū Carminū varietate/artificio magno & cultu amplissimo: propter quæ omnia inter Lyricos vates e latinis videlicet/solum Horatium dignum lectu existimant. ¶ Delectant itidem ac prosunt eloquentiæ lepore summo qua certe fruentes tenere possunt hominū cœtus: mentes allicere: voluntates impellere quo velint: & vnde velint deducere. Hæc enim efficit vt ea quæ ignoramus discere: & ea quæ scimus alios docere possimus. hac cohortamur/hac persuademus/hac consolamur afflictos: hac ducimus perterritos a timore/hac cupiditates iracundiasq; restingimus: hęc nos vrbium societate deuīxit: hęc a vita immani & fera homines segregauit. Tanta deniq; oblectatio est in ipsa facultate dicendi: vt nihil hominū aut auribus/aut mētibus iucundius percipi possit. Qui enim cantus moderata pronunciatione dulcior inueniri potest? quod carmen artificiosa verborum constructione aptius? Quid autem subtilius/q̄ crebræ acutęq; sententię? Quid admirabilius/q̄ res splēdore illustrata verborum? Oblectant iuuātq; etiam eruditione copiosa & varia: fabularum siquidem/Historiarūq; & locorum notitiam p̄bent q̄plurimā. Continent etiam philosophię partē illam de vita & moribus edocentem. ¶ A Fabulis abhorrere nullus hominū debet. Non enim omnibus fabulis repugnat philosophia. Nam aut tantum cōciliandæ auribus voluptatis gratia repertæ sunt: aut adhortationis quoq; in bonā frugem: vt illę Aesopi fabulæ. Est em̄ fabula exēplaris: seu demōstratiua sub figmēto locutio: cui⁹ amoto cortice patet fabulantis occultus sensus. Hinc fabulant poetæ Vulturē Tityi iecur immortale depasci. Nihil aliud intelligi volētes q̄ tormēta cōsciētię ob=

Eloquētię vis

Fabulæ cur repertæ.

Fabula quid

Fabularū occult. sensus.

Tityus.

dicit ab eo. Carthaginē euersum iri: atq3 Numātiā Hispanię vrbem. Hortaturq3 eū ad tutādā rēp. Cū oibus: q patriā cōseruauerint: adiuuerint: auxerint: certus in cælo locus sit diffinitus: vbi beati sempiterno æuo fruātur. Scipio vero minor inde Lælio amicissimo suo somniū ipm aperuit: vti ī Lælio Cicero asserit. Scribit em̄ Lęliū Scæuolæ & Fannio generis suis recitasse/Scipionē p paucis ante mortē dieb⁹: cū & Philus & Manilius adessent: & alij plures: ac etiā Scæuola cum ipso Lælio pfect⁹: disseruisse triduū de rep. Cuius disputatōis fuit extremū fere de īmortalitate aīoꝝ: q̄ se in qete viso ex Aphricano audisse dicebat. Eius itaq3 ppositū eo ptinet: vt nos doceat animas benemeritoꝝ de rep. post corpora cælo reddi & illic frui beatitudinis ppetuitate. Superest explanatio: de qua mox puinciā sumā. Dixi.

Patrię adiutores

Animę reip. fauentium.

¶ Primi belli Romanorum in Carthaginenses p Sicilia causæ & exitus ac tempoꝝ spatia: Deq3 in Hispaniā bello. Secūdi itē belli Punici eadē. Tertij quoq3 belli Punici eadē. Quid tādē in vno quoq3 volumine Syllij Italici potissimū cōtineatur. Tit. septimo.

PRincipio qdē ignoto: vel subobscuro inclyti viri. ea q̄ sequūtur: neq3 psuadere neq3 facere fidē possunt. Exposituro igit mihi Syllij carmen: vbi de bello Punico secūdo tractat. In primis: tāgiturq3 aliquādo primi Punici belli portio aliq. Necessario eoꝝ causæ & tēpoꝝ spatia explicāda vident. Cū etiā nihil vel magis necessariū: vel tātopere q̄rēdū sit/q̄ causas rerū omniū: quę accidunt nosse. Quid postea quoq3 volumine potissimū cōtineatur: paucis aperiā. ¶ Campani igit (vt Polibij primo legimus) sub Agathocle in Sicilia militātes Mesanæ vrbis ciues partim vrbe eiecerūt: partim trucidarūt. Capta Mesana se Mamertinos nūcupauerūt: Mamertū qppe oppidū nobile in Brutijs: vt Strabo docet. Post hęc Mamertini ab Syracusanis obsidionē passi sunt: & ab Hierone illoꝝ duce graui plio affecti: plęriq3 igit ad Carthaginēses cōfugerūt: qbus sese & arcē dedere. Alij ab Romanis subsidiū postularūt: qui metuētes Carthaginēsiū ditionē in Siciliā: alterū ex cōsulibus Ap. Claudiū cū exercitu in Siciliā ad Mamertinos iuuādos miserūt: q sudsidij certiores facti Carthaginēsiū pręfectū partim terrore: partim dolo ex arce & vrbe eiecerūt: Carthaginēses repēte terra & mari coactis copijs Mesanā obsidebāt. At cōsul p noctē nō sine piculo traiecto freto Mesanā puenit: primūq3 cū Hierone Syracusanoꝝ rege certās: eum dissipat. Ipse Mesanā se recepit. Hieron pxima nocte Syracusas pperat. Cōsul deinde iterū cū hostibus pugnās victor extitit: obseditq3 Syracusas. Primū igit hoc Romanoꝝ cū Carthaginēsibus p Sicilia bellum fuit. ¶ Successerūt Appio cōsules declarati .M. Valerius &. C. Octacilius tunc Hieron legatos ad cōsules misit: q de pace atq3 amicitia tractarent: Romani tunc pacē cū Syracusanis his fere conditionibus firmauerunt. Vt rex captiuos quos in vinculis habebat: Romanis sine pcio restitueret. Argēti insup talēta cētū pēderet: & vt deinceps Syracusani socij ac amici popli ro. appellarent. Vbi id resciuere Carthaginen

Principium

Causæ rerum
Agathocles.
Mesana
Mamertum

Hieron.

Ap. Claudius

Primū bellū cū Carthagi.
M. Valerius
C. Octacilius
Syracusanoꝝ pax cum Ro.

Acrigētum
L. Posthumi⁹
Q. Aemili⁹
L. Valerius
T. Octacili⁹
C. xx. naues
C. Corneli⁹
C. Duellius
Carth. clades
Anni. xxiiij. primi belli
L. Luctati⁹.
Egusa
Ethusa
Egades
Naues carth.
Hieronesas
Insula
Cartha. capti x. Milia.
Amilchar.
Foedus cum Carthaginen.

Acrigentinoꝝ vrbem hostib⁹ oppositã veluti quandã belli Arcem & copijs & commeatu munierunt/Post hæc. L. Posthumius &. Q. Aemilius consules creati in Siciliã cũ exercitu veniũt: Hostesq; dissipãt potiti etiã eorum reb⁹ cum vrbe ipsa. Igitur expugnato Acrigēto. L. Valerius &. T. Octacilius cõsules in Siciliã missi: inde Romani Cētũ & viginti nauium classem ędificari curarunt: qb⁹ perfectis. C. Cornelius consul/qui paucis ante diebus classi pręposítus fuerat/ oĩbus nauibus ad fretum perductis. Ipse cum decem & septem Mesanam proficiscitur: reliquas iuxta Italiæ oram reliquit. Tãdem cum illis paucis Nauibus ab Hostib⁹ circũuent⁹ & captus est. Qua dere. C. Duellius alter Cõsul/quippe pedestrib⁹ copijs pręerat Pedestrẽ exercitũ Tribunis Militum relinquens/ad Classem venit. Pugnatũq; est cum hostibus: quorum Annibal idem qui ex Acrigento fugerat/dux erat. a Romanis captæ sunt ea pugna naues. I. reliquis in fugã versis. Post hęc plures cõsules/plura pręlia/plures anni interiecti: Durauit ẽm hoc primũ bellũ Carthaginensiũ cum Romanis continuos quattuor & viginti annos. Lucius quippe Luctati⁹ Carthaginensium classem vltimo anno/cui Hanno præfectus erat apud Egusã Insulã/ q̃ nõ lõge abest ab lilybęo clade affecit. Plyni⁹ vero li. iij. de Sicilia loquẽs Ethusã appellat quã alios Egusã scripsisse ait. Liui⁹ li. xix. scribit. C. Luctatiũ Cõsulē victa ad Egades insulas classe Pœnoꝝ finē bello ĩposuisse. Ptolemę⁹ ẽt li. iij. iter ĩsulas iuxta Siciliã Egusã ponit. Tũc aũt Carthaginensiũ naues. I. vł fractę vel submersę: Septuaginta plenę captę: reliq̃ fugerant ad Hieronesum insulam. Cõsul post prelium cum omni classe Lilybęum reuersus prædam & captiuoꝝ corpora inter suos diuisit: Fuerant ẽm e Carthaginẽsibus viui capti pręter eos q̃ inter certandum perierant: vltra decem milia hoĩm. Carthaginenses ea clade ꝑcussi/misso ad Amilcharē nuntio: (is enim alteri classi etiã in Sicilia præerat/qua Romanos mari valde infestabat: q̃ Erycem montē custodiebant) potestatem ei tradunt/quicquid e Rep. visum fuerit faciendi Amilchar igit legatos/q̃ de fœdere agerēt ad Consulē misit. Luctati⁹ conditionem fœderis nequaq̃ aspernatus/hoc pacto cœgit: amicitiã esse Romanis/Carthaginensibusq;/si id populo Ro. videatur: Excedere prorsus omni Sicilia carthaginenses. Sine prætio captiuos omnis reddere. Insuper Talenta Argenti Euboica/duo Milia & Ducenta Romanis annos viginti pendere. Has conditiones Romã missas populus ro. comprobare noluit: Verum in Siciliam decemuiros cuȝ auctoritate publica legatos misit: Ii in Siciliaȝ delati/summã rei haud quaq̃ immutarunt: Tempore pendendi argenti dumtaxat coarctato ac mille insuper talentis additis. Id præterea conditionibus addidere: vt non solum Sicilia/sed etiam omnibus insulis quę inter Siciliaȝ atq; Italiã mediæ sunt/carthaginenses excederent. per hunc itaq; modum primo bello/quod Romani aduersus carthaginenses ꝓ Sicilia gesserunt finis impositus. quod (vti superius dictum est) durauit continuos quattuor & viginti annos. Id autem fœdus latius scribitur ab

eodem Polybio.li.tertio: vbi docet sex fœdera icta fuisse cum Carthaginensibus: idq́ fuisse quartum: Vltimū vero illud/ Asdrubalis vsq́ ad initiū secūdi belli Punici. ¶ Idem quoq́.li.secūdo scribit: vbi Carthaginenses Aphricæ res cōposuere (nā cum illis tribus fere annis & quattuor mensibus pugnarāt) cōfestim Amilcharem cum exercitu in Hispaniā mittunt: qui cū omnibus copijs ꝓfectus Annibale filio comite tum ferme nonū ætatis suæ annū agente/ superatis colūnis Herculis magnā Hispaniæ partē Carthaginensibus recuperauit. In ijs locis annos circiter nouem cōmoratus/ multis Hispaniæ ciuitatibus bello subactis mortē obiit. Carthaginenses autē exercitui Asdrubalē Amilcharis generum ꝓfecerūt: qui quidē incredibili virtute imperiū Carthaginensiū in Hispania adauxerat: vbi & vrbē cōdiderat: q̄ a quibusdā Carthago: ab alijs noua ciuitas appellatur: ob loci oportunitatē: & ad res Hispaniæ & Aphricæ cōmodissimā. Romani vero quū intelligerent vires Carthaginensiū vsq́ adeo in Hispania creuisse: ne eā quidē partē negligendā putauerūt. Verū mouere aduersus Carthaginenses bellum nō audebant: veriti Romanæ vrbi iminentē Gallorum multitudinē: quā ob rem cōponere primū cū Asdrubale de rebꝰ Hispanię statuerūt: Missis igitur ad Asdrubalem in Hispaniā legatis percussum cū Carthaginensibus fœdus fuit. Vbi inter cętera cautum ne liceret Carthaginēsibus Iberum flumen cū armis traijcere. Per reliquam Hispaniā impune ꝓgredi valerent: Liuius vero in ꝓlogo tertię decadis ait: vt finis imperij esset Iberus amnis: Saguntinisq́ medijs inter imperia duoꝝ populoꝝ libertas seruaretur. de quo fœdere latiꝰ Polybius.li.3. ¶ Vbi etiā inquit: de secūdo bello Punico. Causa quidē q̄d Romani cum Carthaginensibus gesserunt. Prima existimari debet. Indignatio Amilcharis: cui Barcæ cognomē erat. Fuit autem Annibalis pater: q in bello Siculo haud quaq̄ ab Romanis victus est: nā exercituꝫ omnē cui ꝑerat iuxta Erycem/ singulari virtute seruauit incolumē. Sed quū Carthaginenses nauali ꝑlio ꝓfligatos cerneret/ tēpori cōsulēdum ratus/ pacē cum Romanis inijt: nequaq̄ tamē indignatiōe deposita: quin cōtinue oportunitatē aliquā ꝑstolabatur: qua Romanos vlcisci posset. Extitit etiā secūda & maxima causa/ q̄ Sardinia Romanis cesserat q̄q́ tributo/ de quo primo egerant/ mille & ducenta talenta addiderāt. Vbi autē Amilchar res patrię cōpositas se datasq́ intellexit: bellum in Hispania aggressus est: studēs hac veluti ꝑparatione vti ad bellū cōtra Romanos gerendum. Hæc vero tertia causa eiusdē belli existimari debet/ idest fœlix Carthaginēsiū in Hispania successus eo enim aucti Carthaginensiū animi/ audacius postea huic bello incubuerūt: q̄ autē Amilchar maxima causa extiterit secūdi belli punici: quāq̄ decennio ante mortuus: multis quidē testimonijs cōprobari potest. Sed satis in ꝑsentia fuerit: q̄d sequitur retulisse. Nā quo tēpore victus ab Romanis Annibal relicta Aphrica cursum ad Antiochum direxerat. Verū interiecto tēpore cum rege loquens: hęc ait. Quo tēpore pater meus Amilchar exercitum in Hispaniam

Fœdera sex. Bellum cum Aphris. Amilchar in Hispaniam. Annibal. Asdrubal in Hispaniam. Cartha. noua. Fœdus cum Asdrubale. Saguntus. Bellum puni. secundum. Amilchar. Barca. Annibal. Causa secūda. Amilchar in Hispaniam. Causa tertia. Amilchar causa belli. Annibal ad Antiochum. Annib. ānoꝝ nouem.

traiecturus erat/annũ ætatis agebã fere nonũ: tunc patre Ioui sacrifi cante altaribus adhęrebã. At pater meus sacrificijs rite peractis/ sece dere parũper ab aris cæteros iussit: meq; solũ ad se vocatũ perhumaniter & blandiẽti similis/an vellẽ in expeditionẽ duci rogauit: q quũ id nõ solum libenter annuissem/ verũetiã pueriliter dep̃catus essem.

Annibal iurat in Romanos.

Pater capta Dextra mea & altari admota/ voluit vt tactis sacris iure iurando assererem/me quũ primũ per ætatem liceret hostem populi Romani futurum. Itaq; q̃diu hostis Romanis eris o rex: licet in tuto credas omnia/nec quicq̃ de Annibale suspiceris: simulatq; vero vel fœdus cũ Romanis p̃cusseris: vel in amicitiã redieris: tũc noli expectare aliũ de me calumniatorẽ: sed statim veluti hostẽ populi Ro. cauendũ puta: semp̃ ẽm quãtũ in me erit: illis aduersus ero. Hoc itaq; apertissimũ testimoniũ est inimicitiarũ. Amilcharis infestiq; aduersus Romanos animi. quãq̃ id ex ipsis rebus ĩtueri liceat. Eiusmõi ẽm hostes populo Ro. reliq̃t: Asdrubalẽ filiæ suæ virũ/& Annibalẽ filiũ: vt nihil eis ad cumulũ iniuriarũ potuisset accedere. Verum Asdrubal (qui vt scribit Liuius octo ferme annos imperiũ obtinuit) morte ĩter ceptus suũ aduersus Romanos animũ ostẽdere nõ potuit: Annibali vero tẽpora cõcesserũt: vt factus voti cõpos paternũ odiũ lõge lateq; diffunderet. Nã Asdrubale perẽpto ipse ab exercitu Imp̃ator appellatus est: a senatu Carthaginensiũ cõfirmatus. Inde pluribus Hispanię oppidis in potestatẽ redactis: Carthagine noua cũ oĩbus copijs p̃fectus: nã ibi hyemarat: Saguntũ petit. ¶ Ciuitas ea vltra Iberum sita est in radicibus mõtis: q Hispanos a Celtiberis diuidit: circiter mille passus a mari distãs. Cuius incolæ & copia terrestriũ fructuũ: & multitudinis incremẽto: & virtute militari: cęteris Hispaniæ populis p̃stant. Huius fines infesto exercitu ingressus Annibal: p̃uastatis passim agris: ad obsidionẽ vrbis oĩs machinas adhibet: primũ ẽm ablaturũ se Romanis spẽ gerẽdi in Hispaniã belli/aĩaduertebat. Deinceps q; se tuto ad reliqua p̃gredi posse intelligebat: nullo hostili loco post se relicto. Per hũc modũ octo cõtinuis mẽsibus aĩo & corpore fatigatus tãdẽ Saguntũ vi cæpit. Vbi maxima pecuniaꝶ copia parta: multisq; captiuis in potestatẽ redactis: illã q̃dẽ in necessarios belli vsus: vbi sta tuerat: seruauit: hos vero inter milites p̃ dignitate cuiusq; partit⁹ ẽ. Hæc ex Polybio. Sequit̃ Liuius Li. xxi. q; capta Sagunto Annibal Carthaginẽ nouã in hyberna cõcesserat. Nouo deinde vere Annibal Gadis p̃fectus Herculi vota exoluit. Inde relictis in Aphrica p̃sidijs: & Asdrubale fratre in Hispania: ipse exercitũ ad Iberũ duxit: illũq; traiecit: Subactaq; regiõe Pyreneis mõtibus subiecta: ibi p̃fecit Hãnonẽ. Ipse demũ alpes superãs Italiã aggredit̃: primũq; Romanos vincit apud Ticinũ amnẽ. P. Scipione duce. Inde apud Trebiã. Inde apd Trasimenũ Perusiæ lacum. Postea apud cannas Apuliæ vicum. Demũ iuxta Carthaginem ipse debellatus est a. P. Cornelio Scipione: & capta Carthago tributum soluit Ro. populo. Conditiones autem pacis legito Liuij. li. xxx. vbi etiam scribitur Annibalem tunc natũ an=

Margin notes: Asdrubal. — Annibal imperator. — Sagunti situs — Annibal in Saguntiñ. — Sagũt⁹ capit̃. — Annibal. — Asdrubal. Hanno. Annibal in Italia.

nos.xlv. Et bellum Punicum secundū durasse annis.xvij. Florus vero annis.xviij. scribit durasse. Liuius li.xxx. asserit Annibalē ab Italia anno decimosexto discedētē in Aphricā traiecisse. ¶ Florus idē scribit Tertium in Aphrica bellum & tēpore exiguū fuisse: nā quadriennio peractum est. Causam vero huius belli fuisse: ꝙ contra fœderis legē aduersus Numidas quidē semel parasset Carthago classem & exercitū. Freques autē Masinissæ fines territabat. Scipio itaqꝫ minor illā cepit: arsitqꝫ diebus cōtinuis.xvij. Liuius ꝑterea li.li. asserit Carthaginē dirutā a Scipione fuisse anno septingētesimo suę originis. Hæc de bellis. ¶ Iam vero quidnā potissimū volumine quoqꝫ Syllij Italici cōtineatur breui aperiā. Primo volumine Saguntū aggreditur Annibal. Secundo capit. Tertio trāscēdit alpes. Quarto pugnat ad Ticinū Inde ad Trebiam. Quinto ad Trasimenū certatur. Sexto Annibal in Vmbriā/Picenū/& Campaniā fertur. Septimo dictator Fabius Annibali fit ꝓpior. Octauo Romanoꝝ & socioꝝ Catalogus habet. Nono pugna fit apud Cannas: & Varro fugit. Decimo clade Romani afficiunt ad Cannas: & Paulus ibidē cęditur. Vndecimo Annibal intrat Capuā. Duodecimo Annibal ad tertium lapidē Romæ īminet. Tertiodecimo Romani Capua potiunt: Publius & Cneus Scipiones in Hispania cadunt. Quartodecimo Marcellus in Siciliā ꝓfectus Syracusas expugnat. Quītodecimo Scipio Carthaginē nouā expugnauit Marcellus cōsul in Brutiis cadit. Et Asdrubal ad Metaurū cædit. Sedecimo Scipio ex Hispania rediēs cōsul creatus est. agitqꝫ de traiiciēdo exercitu in Aphricā. Decimoseptimo: qđ ē vltimū vincit Annibal a Scipione. Iis cognitis reliqua postea lōge facilius ꝑcipiētur. Quęqꝫdem qualia sint me interprete cognoscetis. Dixi.

Bellū pu. scđi anni.xvij.

Belli pu.tert.

Carthaginis ætas.

Syllij poetæ materia.

¶ Poetas obesse moribus. Titulo octauo.



Vid obsint poetę moribus egregij viri q̄so animaduertite: Lamētātes em̄ inducunt fortissimos viros: molliunt aīos hominū & neruos omniū virtutū elidunt. Amorē flagitij & leuitatis authorē in cōcilio deoꝝ collocādū putāt. Ira inflāmatos & libidine furētes induxere deos: feceruntqꝫ: vt eoꝝ bella ꝓlia/pugnas/vulnera videremus. Odia ꝑterea: dissidia/discordias: lamētationes in omnē effusas intempantiā. Cum genere humano cōcubitus mortalisqꝫ ex īmortali ꝓcreatos. Recte igit a Platone pelluntur ex ea ciuitate: quā finxit: quū mores optimos: & optimū reip. statum exqreret. Recte Lacedæmonij libros Archilochi regnāte Romulo e ciuitate sua exportari iusserūt: ꝙ eoꝝ paruꝫ verecundā ac pudicā lectionē arbitrabant. Noluerūt em̄ ea liberoꝝ suoꝝ animos imbui: ne plus moribus noceret q̄ ingenijs ꝓdesset. Itaqꝫ maximū poetā: aut certe sūmo ꝓximū carminū exilio mulctarūt. Recte etiā Caligula imperator cogitauit de Homeri carminibꝰ abolēdis: cur em̄ sibi nō liceret dicēs: qđ Platoni licuisset: q cū e ciuitate quā cōstituebat/eiecerit. Recte quidem Romani serius poeticam acceperunt: annis enim fere ccccx. post Romā conditā Liuius fabulam dedit: anno ante natum

Poetæ a Plat. repulsi.

Archilochi carmen.

Caligula in Homerum.

Poetica qñ Romanis.

Liuij fabula.

Poetis null⁹ honor.

Ennium: q̃ fuit maior natu q̃ Plautus & Neuius: recte honorez huic generi nõ fuisse declarat oratio Catõis: in q̃ obiecit vt Probrũ Marco nobiliori: q̃ is in puinciã poetas duxisset: duxerat aũt cõsul ille in Etholiam Ennium. Qua de re pbi adolescentes infaustos poetaꝝ libros abijcite: flammis exurite: ventis eorum cineres fundite. Eos em̃ habere domi/eos legere/eos etiã vllo mõ conspicere: exitiale est crimẽ pnitiosissimi nanq3 sunt: & hostes diuini noĩs: qbus nulla bonaꝝ artiũ cura: nulla pietas: nulla sanctitas sit: cũ suis lasciuijs hominum mores inficiant: itaq3 merito & Ouidius ipse inquit: An populus vere sanos negat esse poetas: Suntq̃ fides huius maxima vocis ego? Iure etiam Hieronymus ait: Dęmonum cibus sunt carmina poetaru3: & Cicero portenta a poetis & flagitia dici scribit: Fugiendi sunt ergo poetarum errores/fugiendę illecebræ: Nã ita sũt dulces/vt nõ legantur modo sed etiam ediscantur in morum iacturam. Dixi.

Poetaꝝ carĩa dęmonũ cib⁹.

¶ Poetas Eloquentiam/Bonosq3 Mores efficere. Tit. ix.

Poetar: lectio oratori cõfert



Paucis equidẽ in p̃sentia: pręstantissimi viri: duo expediam: poetas videlicet Eloq̃ntiam/bonosq3 mores efficere. Plurimũ nanq3 oratori confert poetaꝝ lectio: nec ab re: cum pxi mus sit oratori poeta: ab eo siqdem in rebus spũs: in verbis sublimitas: in affectibus motus omnis: in psonis decor petitur. Vnde Homerum omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedisse constat. Quis. n. Homero p̃stantior ad eloquẽdum? quis item aptior ad docendum delectandũ: mouẽdũ? quæ sane tria orator etia3 optimus q̃sq3 efficere debet. Poetę p̃terea: priusq̃ oratores fuere: apd Græcos. n. antiquissimũ e doctis est genus poetarum siquidem Homerus fuit & Hesiodus ante Romã conditam. Sũmiq3 oratores veterum poemata vel ad fidem causarum: vel ad ornamẽtum eloquentiæ assumpserunt. Vtq3 dicebat Cleantes: queadmodum spũs noster clariorem sonum reddit quum illum tuba p longi canalis angustias tractũ patẽti ore nouissime exitu effudit. Sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Eadem negligentius audiunt: minusq3 pcutiunt: quãdiu soluta orõne dñr: vbi accessere numi: & egregiũ sensum astrinxere certi pedes: eadẽ illa sententia velut lacerto excussa retorquet. Facilius etiam in hærẽt audientium memorię versus numerosi & ornati: & carmen compositum & orõ cum suauitate capit mentes: & quo noluerit impellit. Iure igit Socrates cõsulebat: Homeri poetaꝝ oĩm optimi diuinissimiq3 studiosos non carmina solum. verum etiam sensa pdiscere. Omnes. n. poetę insignes non arte sed diuino afflatu pclara poemata concinũt. Neq3 poeta prius canere potest: q̃ deo plenus/& extra se positus: & a mente alienatus fuerit. Nam q̃diu mẽte quis valet: neq̃ fingere carmĩa: neq3 dare oracula potest. poetæ aũt nihil aliud sunt q̃ deorum interp̃tes: dum sunt furore correpti. Vergilius quoq3 nõ minus orator/q̃ poeta habendus: in quo & tanta ornãdi disciplina/& tam diligens obseruatio Rhetoricæ artis ostenditur. Est. n. facundia Mantuani multiplex & multiformis: & dicendi gen⁹

Homeri. facundia

Oratoris tria

Poetę anteq̃ oratores

Homeri. & hesiodi ætas

Carminũ sen.

Homero studendum.

Poetaꝝ furor

Vergilij facundia

omne complectit. Eius qppe eloquentia nunc breuis/nunc copiosa/
nunc sicca/nūc florida est: nunc leuis/aut torrens. Optime igitur So
crates in Minoe Platonis sic loquit. Si modo sapitis diligenter caue=
re debetis ne poeticum hominem infensum aliquem habeatis: Poete
nanqꝫ vim maximā in vtranqꝫ ptem & ad laudandū & ad vituperan
dū habent. hactenus de Poetaꝝ facundia. ¶ Sed quid de moribus? q̄
multa poetæ dicunt/quæ a Philosophis aut dicenda/aut dicta sunt?
merito igit multi homerū philosophum fuisse psuadent. Nā mō stoi
cū illū faciunt: virtutē solā pbantem/& voluptates refugientē/& ab
honesto ne immortalitatis quidem ptio recedentem: mō epicuꝝ lau
dātem statum quietæ ciuitatis: nec inter cōuiuia cātusqꝫ vitā exigen=
tis. Mō pipateticum bonoruꝫ tria genera inducentē. mō Academicū
omnia incerta dicentem. Optime igit antiq/primā quandā phīam/
poeticam esse asseruerunt quæ ab ineunte nos ætate/ad viuendi ratio
nes adducat. quę mores/quę affectiones edoceat: quæ res gerendas cū
iucunditate præcipiat. Poetę deniqꝫ Philosophis priores multo fue=
runt: & ante natū Philosophię nomen p sapientibus habebantur: La
ctantio referente. Posteriores etiam Strabone teste solum Poetam ip
sum sapientem esse dixerunt: Quāobrem Gręcorum ciuitates ab ipo
primordio/eorum liberos in poetica erudierunt: nō nudę vtiqꝫ volu
ptatis: sed castę moderationis gr̄a. Multum & enim poetarum audi=
toribus confert ad virtutem/vt locorum multorum & militię & agri
culturę gnari existant. ¶ De Deo prętera (sine quo bonus esse nemo
potest) Poetę quid sentiunt? profecto quod nostra catholica fides: Ait
nanqꝫ Homerus: Deus æquus vtrūqꝫ respicit. Et Virgilius/Rex Iu=
piter omnibus idē. Et Syllius/Mite & cognatuꝫ est homini deus. De
Deoꝝ etiā cultu quid itē poetæ docent? Nonne illud homerꝰ ait? Con
temni numē olympi. Haud impune sinūt superi: scelera impia q̄q̄ di=
stulerint: culpas hominum grauiora morantur Supplicia. Et illud:
Dignus honos supeꝝ. Et illud: Nam vereor mādata Iouis. Iure igit
Plato Homerū diuinissimū sapiētissimūqꝫ poetā appellat. Iure Arcesi
laus philosophus in dicendo grauissimꝰ Homeri adeo studiosus erat
vt semper ante somnū eius aliquid legeret. Sed qd maro? In primis ve
nerare deos. Et illd: discite iustitiā moniti & nō temnere diuos. Quæ
qdem verba non aurelius/nō hieronymus melius sanctiusue expli=
cuissent. Si tibullum inspicias: nōne illa & optima & sanctissima ver
ba leges? Luce sacra requiescat humꝰ requiesat arator: Et graue suspē
so vomere cesset opus: omnia sint operata deo. Constat igitur eloquē
tiam bonosqꝫ mores poetas efficere: itaqꝫ toto pectore illis incumbi=
te adolescentuli. Sic em̄ & Oratores & Philosophos hoc est sapientiæ
studiosos euadere dabitur. Vnde & Socrates in Lyside Platonis ait:
sed iter/quod nunc ingressi sumus/poetarum adminiculis peragēdū
ii nanqꝫ nobis tanq̄ patres atqꝫ duces sapientiæ sunt: hęc ille: quibus
& ipse plurima adderem ni stultissimum quidem esset docere quod no
uerit ille quem doceas. sit ergo finis. Dixi.

Homer. PKs multiplex
Stoicū dog.
Epicuri. dog.
Peripateticuꝫ dogma
Academ. dog.
Poetica prīa quędam phīa
Poeta solus sapiens
Deū iustū esse
Dei iussa non spernenda
Arcesilaus Homeri stud.
Deos venera.
Festa celebra.
Phūs. i. sapīæ studiosus

¶Quidnam Poetica ſit. Quod Poetę officium: Quid Poema: qd
item Poeſis: quę fuerint ſcribendę poeſi neceſſaria: qui poetici fu=
roris effectus. quęnam clariſſimo poetę ſint opportuna & neceſſa=
ria. De carmīe poſtea: eiuſq; vario genere/ & ſcriptoribus. De poe
ticæ facultatis commendatione: poſtremo Vergilianæ Aeneidos
Titulo. Decimo.

Diuinam Maronis Aeneida interprętaturus viri clariſſimi:
Quidnam poetica ſit: quidue poema: quid item poeſis: quę
fuerint ſcribēdę poeſi neceſſaria: qui poetici furoris effect⁹:
quęnam clariſſimo poetę ſint opportuna & neceſſaria: pri⁹
aperiā. De carmine poſtea eiuſq; vario gñe/ & ſcriptorib⁹: De poeticę
facultatis commendatione: poſtremo Vergilianę Aeneidos nō iniu=
cunda/ ſi vos & auribus & mente attendere non piguerit/ dicam.

Poetica quid. ¶Poetica igitˀ eſt fictę verę q; narrationis congruenti Rhythmo vel
pede cōpoſita metrica ſtructura/ ad vtilitatē voluptatēq; accōmoda
ta: Ideoq; ait ille: aut ꝓdeſſe volunt: aut delectare poetæ. Eoꝝ aūt offi
cium eſt in eo: vt ea/ quæ geſta ſunt vere/ in aliquas ſpecies obliqs figu

Poema quid. rationibus cū decore aliquo cōuerſa traducāt. ¶Poema vero ps opis
eſt: vt tragœdia: ſeu inuētio parua: q̄ paucis v̄bis exprimitˀ: vt in lu=

Poeſis quid. dis homeri. ¶Poeſis eſt cōtextus/ & corp⁹ toti⁹ operis effecti: vt Ilias

Poeſi quæ neceſſaria. Odyſſea/ Aeneis. In poeſi furor qdā requiritˀ: exqſite inueniendi/ atq;
dicendi: ſeu ſcribēdi: quod inueneris: q mirabilis: qm̄ paucis mentib⁹
a natura ipſa cōceditˀ: rariſſimi ſemꝑ fuerūt poetæ. Hinc negat ſine fu
rore Democrit⁹/ queq̄ poetā magnū eē poſſe: appellatˀ aūt furor/ quū
a corpe anim⁹ abſtract⁹ diuino inſtinctu concitatˀ: Naʒ ipſa muſa (vt
platonicus ſocrates inquit) Poetas diuino inſtinctu cōcitat. oēs itaq;
carminū poetæ inſignes nō arte/ ſed diuino afflatu pręclara poemata

Poetici furoris effectus canunt. ¶Eius deniq; poetici furoris ſunt ſublimes effectus: vt puta
mentē in deſiderium dicendi cōpellere: peregrinas & inauditas inuen
tiones excogitare: meditatas ordine certo componere: ornare cōpoſi
tum inuſitato quodā verboꝝ atq; ſententiarum contextu: velamen=
to fabuloſo atq; decenti veritatē cōtegere. Præterea ſi exquirat inuen=
tio/ reges armare/ in pugnas deducere/ e naualib⁹ claſſes emittere: Cę
lum/ terras/ & æquora deſcribere. Actus hoīm ꝓ qualitatib⁹ deſignare
Irritare torpētes: Deſides animare: Temerarios retrahere: ſontes dā=
nare: egregios meritis extollere laudibus: Cæli ſiderū q; meatus: ven=
torū fragores & impetus: flammaꝝ crepitus ſonoros: vndarum mur
mura/ mōtiū celſitudines/ nemoꝝ vmbras/ fluminūq; diſcurſus cele
bri carmine ita apte deſcribere/ vt ea ipſa oculis apparere videantur.

Poetæ quænā neceſſaria ¶Huic aūt Grāmaticę p̄cepta/ atq; Rhetoricæ maxīe neceſſaria: quo
laudabilis poeta exiſtat huic & liberaliū aliaꝝ artiū/ & moraliū atq;
naturaliū ſaltē nouiſſe principia eſt neceſſe: Necnō vocabulorum va=
lere copia: vidiſſe monumēta maioꝝ: ac etiā meminiſſe nationū hi=
ſtorias: & regionū orbis/ æquoꝝ/ fluminū/ & montiū diſpoſitiones.
Sūt p̄tera delectabiles naturę artificio ſolitudīes opportunę. Hinc ait

ille Scriptoꝝ Chorus oĩs amat nemꝰ: & fugit vrbē. Oportetq; aĩ3 an
xietate carere: oĩsq; acerbi expertē eſſe: Neq;.n.paup & egenꝰ ſub ātro
pierio cātare pōt/atq; æris inops: quo noctu atq; īterdiu corpꝰ eget:
vñ tūc ſolū locꝰ ingenio eſt: quū ſolo carmine mens ipſa vexat̃ nec du=
plices curas admittit. Ideoq3 optīe ſcribit̃: Sint Mecœnates nō deeꝛt
Flacce marones. Natura nāq; ipſa nō eſt ad contēplādū ſufficiens (vt
Naturę neccia
phūs inq̄t) ſed & corpꝰ ſanū eſſe oportet: & alimēta/reliquūq; famula
tū adeſſe: ijs abſolutis/de carmīe iā/& reliq̄s diſſerā. Attēdite igit̃ vti
hactenꝰ viri ꝓſtātes. ℭ Carminū ſtudiū ātiq̄us apd Hebręos fuiſſe ap
Carminū ſtu. quando
paret/q̄ apud Gētiles: ſiq̄dē Iob labores ſuos/atq; patiētiā hexame=
tro verſu Dactylo Spōdęoq; decātat: Et Dauid lyrico carīe vtebat̃. Si
do aūt Ponti filia: nerei neptis/neptuniq3 ſoror. cuius ab ore ſonora
ſuauiſſimaq3 vox ꝓfluebat/prīa hymnos carminibꝰ cōpoſuit. Recte
igit̃ Cicero de illa: Nec dubitari debet q̄n fuerīt añ homeꝝ poetę: q̄d ex
his carmībꝰ intelligi pōt: q̄ apd illū/& in pheacū/& in ꝓcoru3 epulis
canunt̃. Lactātiꝰ etiā ſcribit poetas multo ātiq̄ores fuiſſe q̄ hiſtorici/
& oratores: & cętera gñā ſcriptoꝝ fuerint. Et Plyniꝰ de poematū origi
ne inq̄t magna q̄ſtio eſt: añ Troianū bellū ꝓbāt̃ fuiſſe: ꝓſam orōnē cō
Proſę inuētio.
dere pherecydes Syrꝰ inſtituit tp̄e Cyri regꝭ. Hiſtoriā cadmꝰ mileſius.
verſum aūt heroicū pythio oraculo debemꝰ: nā cū Appollo pythona
delphis ꝑꝑ vltionē mr̄is necaſſet: Accolę carmē heroicū hexametru3
Verſus heroi.
initio ſex ſpōdęis ꝯpoſitū texuerūt: deiñ ſoluta ſpōdei altera ſyllaba/
ſine dāno tp̄is dactylū ſuſcepit. Carmē hexametrū latine primꝰ digne
Carmē hexa.
ſcripſit/Liuiꝰ is q̄ Ro. geſta decē & octo cōplexꝰ ē libris: q̄ & ānales ſcri
Liuius poeta.
būt: q; fere ſinguloꝝ ānoꝝ actꝰ cōtineāt. Carmē aūt dr̄ q̄cq̄d pedibꝰ cō
Annales cur.
tinet̃: a cano q̄ſi canimē appellatū. ℭ Elegiā ꝑcipue ſcripſerunt apud
Carmen quid
ro. ꝓpertiꝰ Tibullus: & gallꝰ/imitati gręcos Callimachū & philetā: ē
Elegia
q3 elegia carmē cōpoſitū hexametro ꝟſu/pētametroq3 ad inuicē poſi
tis. ℭ Iābicū carmē maledicū ab lābi3in/q; ē maledicere/inuenit Ar=
Iambicum carmen
chilocꝰ cōtra Lycābē ſoceꝝ ſuū. Cōponit̃ ꝟo lābicū carmē plęrūq3 tri
metro ꝟſu/& epodo ſeq̄nte: Epodos.n. ꝓp̄e dr̄ ꝟſiculꝰ ſeq̄ns: ab epo=
Archilocus
do: q; ē accino licet Epodi ꝟſus dicant̃ metro q̄libet ſcripti & ſeq̄ntes
Epodos
Clauſulas habētes ꝑticulaꝝ ipſoꝝ verſuū q̄les ſūt epodi horatij vbi
Epodi
ſingulis ꝟſibꝰ ſingulę clauſulę adijciunt̃: dicunt̃q3 epodi Synecdochi
cos a ꝑtibꝰ ꝟſuū: q̄ legitimis & integris ꝟſibꝰ Epadontę.i.accinūtur.
ℭ Satyrā carmē apd Ro. maledicū: & ad carpēda hoīm vitia ꝯpoſitū:
Satyra
Scripſerūt Luciliꝰ/Horatiꝰ/Perſiꝰ/Iuuenalis. Olim etiā carmen q̄d
varijs poematis ꝯſtabat ſatyra vocabat̃: q̄les ſcripſerūt Pacuuiꝰ: En
niꝰ: Varro: Erat aūt ſatyra tota nr̄a fabij tp̄e. ℭ Bucolica q̄ dicūt̃ poe
Bucolica
mata carmīe paſtorali cōpoſita/digne ſcripſerūt Theocritꝰ & Virgi=
liꝰ. ℭ Tragœdiā/q̄ eſt heroicæ fortunę in aduerſis ꝯp̄hēſio: primꝰ in
Tragœdia
lucē Aeſchylus ꝓtulit: ſed lōge clariꝰ illuſtrauerūt id opus Sophocles
atq3 Euripides: Theſpis aūt gñe Atheniēſis primus inuenit Tragœ
Theſpis
diā: Ait.n. Horatiꝰ: ignotū tragicę genꝰ īueniſſe camœnę dr̄: & plau=
ſtris vexiſſe poemata Theſpis. Plato autem in Minoe ſic Tragœdia

vero hic est antiqssima: nec (vt plerιq; putāt) a Thespide: aut a Phrynico sumpsit initiū. Sed si pscrutari volueris/reperies tragœdiā lōge antiquius huius ciuitatis inuētum. Hęc autē ex vniuersa poesi populū vehemēter oblectat: atq; allicit auditores. Tragœdiā e Latinis scripserunt Actius/atq; Pacuuius clarissimi grauitate sentētiarū verborūq; pondere. Vari Thyestes Græcoꝝ cuilibet cōparari poterat. Scripsit & Medæam Ouidius magno ingenio: qua caremus. ¶ Comœdiā/quę est priuatæ ciuilisq; fortunę sine periculo vitæ cōpręhensio: primi scripsere Sussarion & Magnes. Secūda ætate Aristophanes: Eupolis/Cratinus. Tertia Menander. e latinis postea decē: quorum Plautus & Terentius ad nos venerunt. ¶ Nouē vero Lyricoꝝ apud Græcos lōge Pindarus princeps: apud Latinos Horatius fere solus legi dignus: nā insurgit aliquādo: & plenus est iucunditatis & gratię. Hæc de vario carminū genere/& scriptoribus. ¶ Q̄ꝫ vero poeticæ facultas laudabilis sit & verecunda philosophoꝝ etiā studio liquet. Cōstat eīn Solonē ex amplissimo legū latore scripsisse de Salamina Atheniensiūq; rep: ad quinq; milia versuū: Iambos quoq;/& Epodos. Aristotelē artis poeticæ duos libros de poetis tres cōposuisse: Elegias itē & carmina multa ad Democritum. Et Platonis etiā nūc epigrāmata extāt. Arcesilausq; pħus itē cū in dicēdo grauissimus eēt: & in scribēdo satis exercitatus poeticę quoq; operā dedit. Amplectebaturq; Homerū maxime ex oībus. Cuius adeo studiosissim⁹ erat: vt semp ante somnū ei⁹ aliqd legeret. Pindarū quoq; dicebat eē in primis idoneū implere vocē: verborūq; ac nominū copiā pbere. Legim⁹ & Chrysippū qngentos versus quotidie scribere solitū. Scripsit & Cicero noster Eloquētię fons perennis carmina plura. Ait eīn ad Lentulū. Scripsi etiā carmina q̄dā: nā ab orationib⁹ disiungo me/referoq; ad māsuetiores musas: q̄ me maxime: sicut iā a prima adolescētia delectarunt. Et infra. Scripsi etiā versibus tres libros de tēporibus meis: quos iā pridē ad te misissem si eē edēdos putassem. Sūt eīn testes & erūt sempiterni meritoꝝ erga me tuoꝝ: meæq; pietatis. Patet ijs igit: q̄ laudabilis & venerāda sit ipa poeticę facultas. Quā qdē sapiētissimi: qui de poeticis quicq̄ elocuti sunt: primā quādā philosophiā eē asserūt. Nos eīn ad viuēdi ratōes adducit: mores & affectiones edocēs: resq; gerēdas cū iucunditate pcipiēs. Merito ergo posteriores solū poetā ipsuꝫ sapientē eē asseruerūt. Inde Græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio eoꝝ liberos in poetica erudierūt: nō nudæ vtiq; voluptatis. sed castæ moderatiōis gratia. Sūmiq; oratores veterū poemata: vel ad fidē causarū: vel ad ornamētū eloquētię assumūt. Libri etiā philosophoꝝ sentētijs poetarū refertis sunt passim: ꝙ & Philomythes id est fabularum amator: est aliqualiter philosophus: qa fabula ex mirabilibus cōstituitur: Aristotelis quoq; sentētia. Itaq; optimi adolescentuli velis & equis (vt aiūt) hauriēda sunt poetarū sensa: & eloquētia: psertim Vergilij latinoꝝ poetarū principis: q ingenio nō minor Homero: nā illi maxime accedit: tū rerū copia/tū eloqntia: q̄ nūc breuis: nūc copiosa

Comœdia.
Pindarus.
Horatius.
Poeticæ cōm.
Solō. carmīa.
Aristoteles de poetis.
Arcesilaus Homeri studiosus.
Pindarus.
Ciceronis carmina.
Poetica prima pħia.
Poeta solus sapiens.
Philomythes
Fabula ex qb⁹
Vergilij eloquentia.

nunc sicca: nunc florida: nunc simul oīa / interdū lenis aut torrēs ē. Sicut & terra ipsa: quę hic lęta segetibus & pratis: ibi siluis & rupib⁹ hispida: hic sicca arenis: hic irrigua fontibus. pars vasto aperit mari: nō mortali ergo sed diuino ingenio ipsam rerꝫ oīm matrē naturā ducem secutus est. ℂ Aeneidē ipsaꝫ ab homero sibi mutuat⁹ est: errorē primū ex Odyssea: deinde ex Iliade pugnas. Sed cū apud homerū prius iliacum bellū gestū sit: Deinde reuertēti de Troia error contigerit Vlyssi: apud maronē vero Aeneę nauigatio ꝑcesserit bella / quæ postea in Italia sunt gesta: operis ordinē necessario rerum ordo mutauit. Rursus Homer⁹ quum vellet iniquū Gręcis Apollinē facere / causam struxit de sacerdotis iniuria. Hic vt troianus Iunonē faceret infestā / causarū sibi congeriē comparauit. Nec illud ꝑtereundū ꝙ cum primo versu ꝓmisisset ꝓducturū sese de Troiæ littorib⁹ Aeneā: Troię q ꝑm⁹ ab oris Italiam fato ꝓfugus / lauinaqꝫ venit Littora: vbi ad ianuā narrandi venit: Aeneæ classeꝫ non de Troia: sed de Sicilia ꝓducit: Vix e conspectu siculæ telluris in altū vela dabāt læti: Quod totū homericis filis texuit. Ipse enim vitans in poematę historicorꝫ similitudinē: quib⁹ lex est / incipere ab rerꝫ initio / & continuā narrationem ad finem vsqꝫ ꝓducere: Ipse poetica disciplina / a rerum medio cœpit: Et ad initium post reuersus est. Ergo Vlyssis errorem non incipit ab troiano littore describere: sed facit eum primo nauigantē de insula Calipsonis: & ex ꝑsona sua ꝓducit ad Phæacas. Illic in Alcinoi regis cōuiuio narrat ipse quēadmodum de troia ad Calipsonem vsqꝫ peruenerit: post phæacas rursus vlyssis nauigationē vsqꝫ ad Ithacam ex persona ꝓpria describit. Quē secutus Maro Aeneam de Sicilia ꝓducit: cui⁹ nauigationem describendo ꝓducit ad Libiam. Illic in cōuiuio didonis narrat ipse æneas vsqꝫ ad Siciliā de Troia nauigationem suam: & addidit vno versu / quod iam copiose poeta descripserat. Hinc me digressum vrīs deus appulit oris. post Aphricā quoqꝫ rursus poeta ex ꝑsona sua iter classis vsqꝫ ad ipsam describit Italiaꝫ: Interea mediū æneas iam classe tenebat certus iter. Omne deniqꝫ op⁹ Vergilianū velut de quodā homerici operis speculo formatū est. Locos vtriusqꝫ qui volet conferat: Acriter eñ in homerꝫ oculos intendit / vt emularetur eius non modo magnitudinē sed simplicitatem & ꝑstantiā orōnis & tacitā maiestatē. Qui vates venerabilis varie: modo verba: modo sensus figurādo multū latinitati leporis adiecit: Multiplicēqꝫ doctrinā in ope suo miscuit vt etiā ipsemet asserit: Ipsius. n. Maronis epistola / qua cōpellat augustum ita incipit. Ego vero frequētes a te lr̄as accipio: & infra de ęnea q dē meo si me hercle iam dignū auribus haberē tuis / libenter mitterē: sed tanta inchoata res est: vt pene vitio mētis tātum op⁹ ingressuꝫ mihi videar. Cum prȩsertim (vt scis) alia quoqꝫ studia ad id opus / multoqꝫ potiora impertiar. Nec ijs Vergilij verbis copia rerum dissonat quā plęriqꝫ pedib⁹ illotis prætereunt: tanq̄ nihil vltra verborꝫ explanationē liceat nosse grāmatico. Sꝫ nos minīe patiemur abstrusa eē adyta sacri poematis: arcanorū eñ sensuum penetralia recludemus. Dixi.

Aeneidos textura.

Historiarꝫ lex

Poetarꝫ lex.
Vlyssis error.

Aenæ error.

Aeneidos speculum

Maronis epl̄a ad Augustum

¶ Amicitia quid? Amicitiã morum similitudine maxime contrahi inter bonos tantum. Amicitiam in cõmunicatione & societate consistere. Quantũ sit in Amicitia iucũditatis & cõmodi. Amicis quatenus obsequendũ Amicitiã oĩbus rebus humanis anponẽdam. Tit. xi.



Aelium. M. Tullij De Amicitia disputantẽ expositurus pstantissimi viri: Quid de amicitia sentiã pri⁹ in mediũ ferre cõstitui: quo cognito/ardẽtius qlibet opus ipsum iucundũ simul & vtile/audire & intelligere studeat. Quo in opere Ciceronẽ nrm Theophrastũ maxime imitatũ esse cognoscite: Virũ qdẽ in phia pipatetica modestissimũ & doctissimuz. Intendite obsecro Res em̃ erit cognitu neccia: & auditu dignissima. Primũ vero qd amicitia sit vobis aperiã: Deinde moꝶ similitudine maxime cõtrahi inter bonos tantũ: Eamqȝ in cõicatione & societate consistere: Posthæc quãtũ sit in amicitia iucunditatis & cõmodi: Postremo amicis quatenus obsequẽdũ: Amicitiãqȝ oĩbus reb⁹ humanis anponẽdã. ¶ Est igitur Amicitia volũtas erga aliquẽ bonaꝶ reꝶ/illi⁹ ipsi⁹ cã quẽ diligit cũ eius pari volũtate. Vel sic: est Amicitia nihil aliud nisi oĩm diuinarũ humanarũqȝ reꝶ cũ beniuolẽtia & charitate summa cosẽsio: mutuã nãqȝ beniuolẽtiã amicos hr̃e oportet. Inde Chrysippus amorẽ esse aiebat amicitię nodũ: Inde etiã legim⁹: Amicũ eẽ: qui mihi vsu vitę similis pio ac fidei amore coniungitur. ¶ Similis aũt ppterea qm̃ nihil ẽ/quod ad se rẽ vllã tã alliciat atqȝ attrahat: q̃ ad amicitiã similitudo. Hinc Empedocles/Simile appetere simile dicebat: & æqualis æqualẽ delectat: Et simile simili necessario semp amicũ est: authore phõ. Boni aũt tm̃modo similes sibi sunt & amici: nõ improbi: cũ ij sæpe perturbent: & instabiles sint. Sapientes vero semper qeti sunt: pturbatione vacãtes. Solus ergo bon⁹/soli bono amicus: Malus aũt nec bono: nec malo vnq̃ re vera amicus efficitur Ex conuenientia deniqȝ cõplexionũ & moꝶ inter mortales amor & amicitia generat. Quę quidẽ vera (vt diximus) pterq̃ inter virtute pditos esse non potest. Bonorũ itaqȝ amicitia/similiumqȝ virtute/perfecta est amicitia quos sibi inuicẽ studiorũ similitudo deiqȝ timor cõciliat. At vana est illa: quã vtilitas rei familiaris/quã præsentia tantũ corporis/quã subdola & palpans adulatio cõciliauit. Qui em̃ sunt ob vtilitatẽ amici: ij simul cũ vtilitate dissoluunt: qꝛ sese nõ mutuo/sed vtilitatem amant vulgi more & meretricũ qui eos amicos eẽ putãt/q vtiles fuerint. Sed reuera negociatio nõ amicitia est: quę ad cõmodum accedit. Qui vero sunt ob virturẽ amici pximi sunt ad Beneficia sibi mutuo conferenda/id enim ẽ & virtutis & amicitię. Ad amicum nanqȝ & bonuz spectare cẽsent/egẽtibus opem ferre: qꝛ inopi bñficiũ bis dat: qui dat celeriter. Vtqȝ aĩma vna & amicoꝶ õia sunt cõmunia. Quodquidẽ pythagoras prim⁹ oĩz dixit: Nã erat conciliãdæ amicitiæ in primis studiosissim⁹. Itaqȝ amici est conferre potius/q̃ accipere beneficia: Magisqȝ honestũ amicis q̃ alienis largiri: beneficiaqȝ conferre: psertim in eos/qui indigent: & antea q̃ illi requirant: qꝛ bis est gratum quod opus est/si vltro offeras.

Amicitia qd.

Amor.

Amicus quis.

Similitudo

Bonus soli bono amicus

Amicitia vnde fit.

Amicitia vana.

Amicorũ beneficia.

bus: Si diligit multitudo: Si fidem habet: Si cum admiratione quadã honore nos dignos putet. Tũc aũt diligit: quum beneficijs illa affici tur: quũq; mouetur ipsa fama & opinione liberalitatis, iustitiæ, fi dei. Iustis aũt & fidis hoibus: id est bonis: ita fides habetur: vt nulla sit in ijs fraudis: iniuriæq; suspicio. Eos vero suspiciunt: Maximisq; efferunt laudibus: in quibus existimant se excellentes quasdã & singu lares virtutes perspicere. Despiciunt eos & cõtemnunt: in qbus nihil virtutis: nihil animi: nihil neruorũ putãt: Quãobrẽ cõtemnunt hi: qui nec sibi: nec alteri prosunt in qbus nullus labor: nulla industria: nulla cura inest. Maximeq; admirant eũ: q pecunia non mouet. Male enim se res habet: quuz quod virtute effici debet: id ten tatur pecunia. Vt ergo respublica optime gubernet. Vos aũt gloriã cõ sequamini pa tres optimi, Omni studio conari debetis: vt Iustitia: vt Tẽperãtia: vt Cõtinentia: vt Fides: vt Charitas in rempublicã nunq̃ a vobis disce dant. Sic namq; eadem erit vtilitas vniuscuiusq;: & vniuersorũ. Sic vos diliget, vos admirabitur, vos laudibus efferet multitudo. Rogo iam, quo promptior quisq; sit ad reip. cõmoda nõ solũ seruanda, Sed etiã multo magis augenda: quo sit etiã pronior ad iustitiæ præcepta obeunda: Iureiurando ꝓmittat quilibet ꝓ viribus secundum leges. & instituta patriæ nrę & regere & gubernare ciuitatem. Prætera qa Reli gione sublata: nec sapientia teneri potest, nec iustitia: authori rerum deo parentiq; communi honos veneratioq; in ciuitate non desint. Nam scientia est deum nosse: virtus colere: in illo Sapiẽtia, in hoc iu stitia continetur. Dixi.

Dilectio
Fides
Virtus
Ignaui
Pecunia

¶ De Officio eorundẽ: vbi scribitur reip. rectores fore sapientes. Ciui tas quid sit. Fauere alijs regiũ esse. Arma ꝓ reip. salute tuẽda. Impios exterminandos. Cur principes constituti. Quod iustitiæ munus. Fi des quid. Quę sint tres furiæ. Titulo Septimo.


On equidem sponte mea, verũtamen aliorum hortatu huc veni viri sapientissimi Vt quę de publici magistratus offi cio legeram, palam eloquerer. Incipiã igitur cunctoꝝ fręt⁹ humanitate. ¶ Negat Plato remp. posse consistere: nisi is, qui imperat habeat sapientię studiũ. Aut is, ad imperandum eligat: quẽ esse inter oẽs sapientissimum constet. Nam male imperãdo sum mũ imperium amittitur. Et loco ignominiæ est apud indignũ digni tas. Qua de re gratulor hodie patriæ: Cũ electi fuerint viri prudẽtissi mi, & rerum vsu sapientissimi: quales fortasse nunq̃ alias ad regen dam ciuitatem. Quãquidem esse dicunt, coniunctionẽ hominũ pluri morũ: in qbus sunt alij regentes, alij citeriores, coniuncti inter se cõ cordia: & inuicẽ sibi opem atq; auxiliũ deferẽtes: ijsdẽ legib⁹ rectis ta men officia sua temperantes: ijsdẽ mœnibus vna degentes: Quoru mens eadem velit & nolit Cęteras vero, quę ad hunc modũ ciuitates nõ erũt constitutę sanas esse non arbitrantur. Regentium itaq; prudẽ tia agendũ est: Vt ea cuncta in ciuitate sint: quo oẽs & pace fruant: & legibus ijsdem obtemperẽt sibi vicissim opitulantes: q nihil est tam

reip. rectores.
Ciuitas quæ

regium: tam liberale: tam magnificum: q̃ opẽ ferre supplicibus: Excitare afflictos: Dare salutem: Liberare periculis: Retinere homines in ciuitate: Quæ ipsa vt tutior sit ab improbis & intus & extra rectores ipsi curare debent. Sed nihil est neq; firmius, neq; fęlicius, neq; laudabilius reip. q̃ tenere semper arma: quibus vel tectus ipse esse possis: vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus: Nõ enim vestium nitor, vel argenti, vel auri, gemmarũq; copia, hostes aut ad reuerentiã nr̃am aut ad gratiam inclinant sed solo terrore subiguntur armorum. Est & illud omnino curandũ: vt pestiferi & impij homines ex hominum cõmunitate extermineñt: Nã vt membra quædam amputãtur: si sanguine & tanq̃ spiritu carere cœperunt: & nocent reliquis ptib⁹ corporis. Sic illa in figura hominis feritas & immanitas bæluæ a cõmuni hominũ cœtu segreganda sunt: principes enim sunt constituti: vt populũ foueant & protegant. Qui ergo non defendit iniuriam: neq; propulsat a suis: quum potest iniuste facit: Et viri boni splendorem & nomen amittit. Quod ne in vobis eueniat patres sapiẽtissimi cauere debetis: Conariq; vt æquo iure & summo & infimo iustitia seruetur: Iustitia nanq; societas hominum continetur: Cuius munus est, vt quisq; coĩbus pro cõmunibus vtatur: priuatis aũt vt suis. Cuius etiã fundamentum ẽ fides idest dictorum conuentorumq; constantia & veritas. Ante omnia tñ vitãdi sunt rẽp. gubernãtibus tres illi effectus: qui hoĩes in oĩa facinora pcipites agũt: ira, cupiditas libido. Propterea enim poetæ tres furias esse dixerunt: quæ mẽtes hoĩm exagitẽt. Ira vltionẽ desiderat. Cupiditas opes. Libido voluptates. Ex ira dissidia, expulsiones bella contra iustitiam nascuntur. ex cupiditate ad congerendas opes, fraudes, latrocinia, oĩa scelerum genera oriũtur. ex libidine q̃ vtunẽ ad capiendas voluptates, strupra, adulteria, corruptelæ omnes eueniunt. Deniq; vt ad calcem orationis deueniam: Vestraq; in memoria, quæ dixi tenacius affiganẽ: breuius omnia repetam: Curabitis itaq; rectores magnifici vt ciues omnes concordes sint & vnanimes: vt alter alteri opem ferat: vt arma in vrbe p cunctorũ salute & milites eruditi non desint: vt impij ac scelerati a bonorum cõsortio excludanẽ: vel exilio: vel morte: Vt omnibus æquitas ipsa seruetur: Vtq; a vobis, radix malorũ omnium auaritia pcul absit: & ira atq; libido. Sic enim & reip. cõmodis, & vestrę gloriæ cõsuletis. Ad quæ peragenda Iusiurandum adhibere non pigeat quenq̃. In primis tamẽ curabitis vt summi & veri dei cultus in ciuitate celebretur: Nã ideo mala omnia rebus humanis quottidie ingrauescunt: quia deus hui⁹ mundi effector & gubernator iam derelictus est. Dixi.

Fauere alijs. Arma tenẽda. Impij excidãẽ Princeps cur. Iustitia. Fides Furiæ tres

¶ De Prætoris officio vbi scribitur acuto homine & callido opus reip. gubernandæ. Hominum vitia cohercenda. Prætori & iudici fortitudinem & prudentiam necessarias. Qui vere iustus. Lex quid. Flagitiosum virum a Tribunali arcendũ Leges Aranearum telis esse similes. Consulenda esse optima. Leges quando sint vtiles. Titulo octauo.



Emo est, cui nõ placeat virtus & sapiẽtia tua prætor amãtissime: q̃ acuto homine nobis ẽ opus: & natura vsuq́ callido: qui sagaciter peruestiget. quicquid reip. nostræ conducat, & p̃stet. Ad quę agenda te neminẽ aptiorem habere possemus: tenes enim q̃bus rebus vtilitas reip. paratur: augeturq́. Quapropter ad eã moderandã vsum & scientiã: & studium tuũ conferas cũcti oramus. Vt te verũ reip. rectorẽ: cõsilijq́ authorẽ publici habeamus. Tua igitur auctoritate nutuq́ legũ: vt bonos p̃tegas. Coerceas hominũ vitia atq́ fraudes, damnis, vinculis, ignominijs, verberibus, exilijs, morte mulctãdo. Nullo terrore: nullis minis exterritus. Nã & prudentiæ & fortitudinis p̃torẽ & iudicẽ oportet esse participes: prudentię quidẽ: quia nõ debet verus iudex quę determinãda iudicio sunt: ab alio discere. Fortitudinis vero: q̃ pro seruanda iustitia omnis timor abigendus est procul. Sed ille vere iustus habetur. qui suis contentus: aliena non affectat: quiq́ ab alienis mẽtem, oculos, manus abstinet. Q̃d & tu facere solitus prætor inclyte: Legẽ: quę est recti pręceptio: prauiq; depulsio seruando: q̃ quasi dux vitæ, & magistra officiorum sit. Idcircoq; Pisistratus Atheniensium tyrannus Solonis licet aduersarij sui leges. quas ille Atheniẽsibus dederat: seruari atq́ secundũ eas viuere iubebat. Inter quas Solon ipse. eum qui nequitia ac flagitijs insignis esset. Tribunali publicisq; suggestis arcẽdũ statuit. Principẽq;: si ebrius dep̃hensus esset: morte mulctãdũ. Dicebat etiã leges Araneorum Telis eẽ simillimas. Illis nãq; siquid leue & imbecillum inciderit: inuolui ab eis: atq; p̃tegi: siquid maius aut grauius perrumpi ac perire. Aiebat item cõsulenda esse: non quę suauissima: sed quę optima essent. Animũ ac rationẽ ducem sequẽdo. Quæ vitia quantũ a tua prudẽtia absint. nemo est qui nesciat. Nullæ enim in te nequitiæ: nulla flagitia: nulla crapula dep̃hensa est vnq̃. Legesq; infimis ac summis æquas esse voluisti semper. Velisq; etiam apud nos idem oro. Deus enim ac legum latores nõ soli iuuare ciuitates possunt: sed qui multitudinẽ agunt: in quãcũq; sententiã volunt. Ii nãq; si recte rem administrent. Deus ac leges vtiles sunt. Sin autem male: nihil prosunt. Quæso itaq; iureiurando vti & consuetũ ẽ apud remp. nostram: pollicearis ea omnia protegere: atq; defendere: & seruare: quęcunq; nostri mores: nostręq; leges & instituta maiorum admonent ac iubent. Dixi.

Reip. rector. Sceleratos puniendoȝ. Iudex. Iustus. Lex quid. Pisistratus. Solonis. leges. Leges Araneoȝ telæ. Consulendũ quid. Leges quãdo vtiles.

¶ De officio eiusdem: vbi scribitur. Sapientes naturaliter aliorũ rectores. Nihil vtile esse: quod sit iniustum. Aequo iure omnes regendos. Appetitum rationi obediturum. Tit. ix.



Orrore quodam, & stupore ingenti afficior tanti viri p̃sentia & amplitudine ciues optimi. Quapropter vnde incipiã nescio nec video. Verũ vbi omnino aliquid dicendũ ẽ: ne frustra venisse huc videamini: si attentos animaduertero: pauca de multis disseram. Adeste igitur tu potissimũ prętor insignis: ad quem tota mea se vertet oratio. Quippe reipublicæ nostræ rector

aduenis iure optimo: omnes enim ratione & intellectu vigentes naturaliter domini sunt: & rectores aliorũ. quos ordinare non ordinari oportet: idest regere & non regi. Suscipereq; onus officij: qđ se putent sustinere posse. Vt tua prudentia facit: quæ nisi cognosceret & doctrina & moribus & consilio profuturam se huic ciuitati nullo pacto huiuscemodi onus susciperet. Cogitabis ergo quid vtilitas ciuitatis: qđ cõmunis salus reip. postulet: idq; ante omnia. Nam principia maxime valent ad consequentia. Illudq; semper ante oculos habeto: nihil nec expedire nec vtile esse/qđ sit iniustum. Quotiesq; sententia ferẽda est: semper secũdum legem feratur: quoniam id demũ est iustum: qđ legitimũ sit: qđ vero fit contra legem: id est violentum. Omnis itaq; adhibẽda est cura: meditatio: diligentia: vt æquo & pari iure omnes regantur. Tum in rep. ea velis: quæ tranquilla & honesta sint: vt ꝓberis & ab his quibus cum & apud quos viuis. Cogitatio in vero exquirẽdo maxime versetur. Inde curandum est vt cogitatione ad res q̃ optimas tua vtatur excellentia. Appetitũq; rationi obedientẽ ꝑbeat: quo nihil ẽ ad officia cõseruanda: accõmodatius. Ad summã (ne agã de singulis) cõmunẽ totius ciuitatis cõciliationẽ & societatem amare tueri/seruare debebis: sic tibi laus & gloria nobis vero summa fęlicitas erit: hortor igiť atq; obsecro dignatio tua iureiurando adhibito ꝓmittat ea cũcta in reip. nostrę salutẽ & ꝯmodũ seruare. qua nostra iura municipalia/diuina humanaq; causa cõstituta iubent. vitabiť autẽ periuriũ eo nãq; ꝓuocatur deus ad indignationem & iram: vtq; inuocantes nomen eius protegit: & defendit ita illud contemnentes obhorret. atq; persequitur. Dixi.

Sapiẽtes dñi aliorum.

Principia.

Appetitus.

¶ Prætoris concio accepturi præturæ insignia. vbi scribitur. Iustum quid. Perturbationes fugiendas. Contumeliam repellẽdã. Pecuniam cõtemnendam. Propulsandam iniuriam. Tit. x.



Licet potuerim ego. Prætor adire alias vrbes magnifici domini: volui tñ hanc cũctis ꝑponere/ tũ rerũ copia: tũ ciuiũ clarissimoꝝ frequẽtia. Itaq; dabo operã vt & amicos: & iuuẽtutẽ: & maxime rẽp. cõsilio & prudẽtia q̃plurimũ adiuuẽ. Bonos & vtiles amore ꝓsequar. Malos & inutiles odio: id ẽm est viri magnanimi punire sontes: multitudinẽ cõseruare: in omni fortuna recta atq; honesta retinere. Qua de re debitum vnicuiq; reddã: qđ cuiq; cõuenit tribuẽs: id nãq; iustũ appellãt. Ad quascũq; res aptissimus ero: in ijs potissimũ elaborabo. In cũctis oĩbus ꝑstãs (q̃ in mea sunt potestate) iustitiã/ fidẽ/ liberalitatẽ/ modestiã/ tẽperantiã. Fugiã vero motus animi nimios: rationi nõ obtẽperãtes: idest ꝑturbationes: quã q̃ cũ aliq̃ ꝑturbatiõe fiũt: neq; ea cõstãter fieri possunt: nec ab his: q̃ adsunt approbari. Prętereaꝙ obiurgatiões nõnũq̃ incidũt: necessarie id agã: vt ira ꝓcul absit: grauitate tũ adiũcta: vt seueritas adhibeať: & cõtumelia repellať. Pecunię quoq; cupiditas a me lõge aberit: ꝙ nihil ẽ tã angusti animi tãq; parui q̃ amare diuitias: nihil honestius: magnificẽtiusq; q̃ pecuniã cõtẽnere: si nõ hẽas/ si habeas ad

Iustum.

Perturbatiões

Obiurgatiões

Pecunia.

Iniuria. beneficẽtiã liberalitatẽq̧ cõferre. Iniuria nemini p me fiet: qm̃ fortes & magnanimi sunt habẽdi: nõ q faciũt: sed q ppulsant iniuriã. Semp deniq̧ aliquid ad cõez reip. vestrę vtilitatẽ afferã: & mores & leges & instituta ciuitatis vestrę inclytę pro viribus tutans custodiens atq̧ obseruans etiam iniuratus. Dixi.

¶ Eiusdem concio: vbi scribitur omniũ cõmodis cor sulendum. Prauitati non parcendum. Leges cur factæ. Iustitia qui d. Iusiurãdum ad quid pertinet. Titulo. xi.

COgnita mihi iãpridẽ huius vrbis & ciuitatis inclytę pstantia ineundę pturæ desideriũ attulit sapiẽtissimi domini: aduenit tãdẽ optata dies: qua qdẽ ex animi sentẽtia ostendere possim: quanta in rẽpublicã vestrã charitate semp affectus fuerim. Ea em̃ ratõe huc me ptuli: vt nõ solũ huic ciuitati præsim: sed etiã prosim. Ac quãtũ in me fuerit omniũ cõmodis cõsulã. Itaq̧ prudẽtia humanitate & innocẽtia ptoriã dignitatẽ ornabo. Eoq̧ animo: eo cõsilio: ea ratiõe munus & officiũ meũ administrabo: vt obsit nemini: prosit oĩbus. Ac prauitati nõ est venia danda: nec illoꝝ cuiquã

Prauitas. quę vituperabilia sunt: q̧ nõ ẽ crudelitas apud deũ punire sontes: sed

Leges cur. pietas. Legesq̧ ideo factę sunt: vt earũ metu humana coerceatur auda

Iustitia quid. cia: tutaq̧ sit inter improbos innocentia: & Iustitiæ locus non desit. Quę certe habitus est tribuẽs vnicuiq̧ suã dignitatẽ. Deo religionẽ: Parẽtibus obedientiã: Paribus cõcordiã: Minoribus disciplinã: sibi ipsi castimoniã. Itaq̧ summũ bonũ est in terris iustitiã colere: q̃ virtus apud me semp potissima fuit: & esse debet apud oẽs: secus em̃ nulla quies: nulla pax: nulla salus reip. eẽt. In dicẽdo iure seueritate vtar: quã scilicet neq̧ gratia: neq̧ odiũ mutare possit. Cui & grauitatẽ adijciã: & facilitatẽ in audiendo. E meis vero comitibus nemo erit: quem quæstus vllus: aut priuatũ cõmodũ a recto possit auertere. Nec aliqd mihi gratius erit vnq̃: q̃ vt vestri mores / vestrę leges / & instituta seruẽtur vel iniurato. Verũ vt maioꝝ cõsuetudinẽ & nos sequamur: ad-

Iusiurãdum. hibebimus iusiurandum: in quo sane non qui metus: sed quæ vis sit debet intelligi: nam pertinet ad iustitiam & fidem. Qui igitur iusiurãdum violat: is fidem violat. A quo scelere semper alienus fui: & ero semper. Dixi.

¶ Concio eiusdem: vbi scribitur. In iudicijs aspiciẽdã esse nullius gratiam: sed æquitatem. Iracundiã pellendã: quę tria iuris præcepta. Ab auaritia abstinendum. Iuramenti comites. Tit. xij.

NIl mihi pfecto iucũdius hoc tẽpore euenire potuit priores optimi / q̃ publico munere vestra in vrbe fungi: quoniã in ea est summa tẽperies / summa rerũ omniũ affluẽtia / summa viarũ & domuũ species: & qd pcipuũ magna inter ciues cõcordia: quã qdẽ seruare totis viribus semp enitar. Nã in iudicijs nõ gratiã / nõ metũ / nõ vllũ cõmodũ: nõ meã: nõ alienã opiniõẽ: sed iura leges & æquitatẽ respiciã: vt a recto nũq̃ recedam. Nec me trãsuersum traxerit quispiã / iuris & æqtatis inoffensam formulã ser-

uantē. Suppliciū de aliquo sumpturus (mortales.n.pcipites labūtur in vitiū) iracūdiā lōgius pellā: q̄ impossibile ē indignātē opari bona. Vacabo igit omni pturbatōe: vt tranqllitas adsit. Honeste viuā. Alterū nō lędā: Ius suū vnicuiq̄ tribuā. Quę tria sunt iuris pcepta: cuilibet vbiq̄ seruāda: ptori maxime ac iudici. Et q̄uis oēs expetimus vtilitatē: ad eā q̄ rapimur: (quis.n.est q̄ vtilia fugiat: aut q̄s potius q̄ ea studiosissime nō psequat) Ego tn̄ ab omni auaritia alienus ero. Nā si quippe suū emolumētū spoliēt aut violēt alios societas hominū: comitasq̄ euertat necesse est. Ad quā seruādā id faciā: vt leges/vt mores vt instituta reip. vestrę ad vnguē oībus summis & infimis æque seruētur. qd̄ sane & iuramēto pmittā. Cuius sunt comites veritas iudiciū & iustitia vt fiat cū veritate/vt discrete: vt de re iusta & licita. Dixi.

Indignans. Iuris pcepta tria. Iuramenti cōmunitas Iustitia.

¶ Eiusdē Concio: vbi scribitur. Curāda esse/quę cōmodo sint reip. Ciuiles discordias tollendas. flagitiosos puniendos. ptoris domesticos nulli obfuturos. Iniustitia & iustitia quid pariant. Temperantia quid sit. Ab ira cauendum. periurium quid. Tit. xiij.



Ellem mihi eā inesse facundiā magnifici domini: qua possem mei in hāc ciuitatē pectoris votū/studiū/ & volūtatē ostēdere: est em̄ eoꝝ quodlibet summū. Verū qd̄ verbis explicare nō possum/re & effectu ī dies magis ac magis ostēdero. Nā curabo maxime id exequi: qd̄ & gloriæ & emolumēto accedat huic inclytæ reip. & mihi honori maximo. Quapropter omnes intelligent me vt custodem non vt tyrannū: vt hospitem non vt exploratorem venisse: & publice & priuatim omnibus satisfacientem: vt optimi prætoris fungar officio. Inde ciuiles discordias aut imperij maiestate tollam: aut prætorio edicto ad tempus sopire cogam. Si quis vero a flagitijs non abstinebit: impunitus non erit. Erūt & mihi domestici omnes huiuscemodi: vt bonis omnibus placere potius q̄ displicere possint. Nulli enim conuicium facient: nullā humilitatē contemnent. Tam diuiti q̄ pauperi ad me aditum patefacient: quo iustitia præsto sit omnibus semota iniustitia. Ea nāq̄ seditiones/inimicitias/contentionesq̄ parit. Iustitia vero concordiam & amicitiam. Constatq̄ profecto iustos ad agendū esse sapientiores/meliores/potentioresq̄ q̄ iniustos: q̄ iustitia virtus animę est. Iniustitia vitium: itaq̄ si iusti simus: quęstus qui per iniustitiam cōparātur respuemus: & illęsi a superis erimus. Iniusti autem diuitias parabimus: sed etiā apud inferos pœnas dabimus eoꝝ: quę hic iniuste cōmiserimus vel nos vel nati natoꝝ. Vtar & temperantia: cū sit illa ornatus quidā & a voluptatib⁹ cupiditatibusq̄ quibusdā (vt perhibēt) abstinētia. Nec ira me vlla pcipitabit: imo omnia summa cū mansuetudine exequar. Sic enim ego meæ tranquillitati & quieti: vestræq̄ omniū paci & æquitati rectius consulam. Vestri etiam mores & leges & instituta: cū optima sint/a me in omnibus & singulis custodientur. Quod & iureiurando promittere/me non pigebit. Nec vnq̄ periurium idest iuramenti transgressionem committam. Dixi.

Discordiæ. Domestici. Iniustitia. Iustitia. Iniusti. Tēperantia. Periurium.

¶ Concio eiusdem: Vbi scribitur Rectoris presentia tutandam ciuitatem. Quod est Aequum iudicandū. Dei ministros esse Pretorem & iudicem. Principatū pdesse debere populis. Iudicandū sine psonarū acceptione. Ab muneribus abstinendū. Tria iustitiam impedire. Periurium quando committitur / Titulo. xiiij.

Rector

Sicuti nauis gubernator sui pñtia est illius salutis causa sui: qȝ absentia perditionis eiusdē priores inclyti: ita quidem rector in ciuitate / cuius est semper grauissima & maxima gubernatio. Si enim affuerit / illaȝ tutabitur & fouebit: Si erit absens / a prauis ea & improbis opprimetur. Ne igit̄ id reip. vr̄æ amplissime euenire posset / placuit dño nr̄o vt huc Pretor accederē: Quo

Ciuitas

authore vniuersæ ciuitati cōsulerem: Neqȝ enim ciuitas / neqȝ hō vnq̄ fe lix erit / nisi & cum prudētia & cū iustitia vixerit. Quod vt vr̄e reip. minime desit / Audiā ego oēs equo & benigno animo: & quod iustū: quod æquū est iudicabo: q̄ nō sine causa gladius præfertur: Dei mini-

Gladius
Pretor

ster est ptor & iudex ad iniquoȝ punitionē instructus Nō me delectabit iniquitas / non cupiditas vlla accendet. Nanqȝ pdesse debet popu-

Principatus.
Iudex

lis principatus / nō obesse: nec dñando pmere / sed consulere / ptegere / fouere. Bonusqȝ iudex sicut nocere cuilibet nescit: ita pdesse oībus nouit. Iudicia igitur sine personaȝ acceptione suscipiā: Nec studebo auferre alteri / quod mihi accedat: Nec iustitiam munere aliquo ductus opprimā: Munerū nāqȝ acceptio veritatis puaricatio est: Ideoqȝ excutiā manus meas ab omni munere hoc est non amicitie grā nō laudis adulatio / nō rerum oblatio (ijs ēm tribus cōtra iustitiā hūana vanitas militat) a bono & equo me auertent: sed cunctis idem & æqu⁹ fuero: vt publice vtilitati deseruiā. Illud ergo in primis curabo: Vt vr̄æ sanctissime leges / vestre cōstitutiōes inuiolate seruent. Cum sint oēs honeste iuste & secūdū naturā & secūdū priē consuetudinē / nullo priuato cōmodo sed cōmuni ciuiū vtilitate scripte. Cumqȝ iurato mihi

Periurium

dicenda sententia fuerit / meminero semp cauere periurium: quod qdē quoties iureiurando pmissa non seruant cōmitti solet. Dixi.

¶ Sceptri Assignatio: vbi scribit: quib⁹ est resp. cōmittenda. Nulla cā ab equo discedendum. Causis quattuor amore: odio: timore: auaritia iniustitiā cōmitti. Concordiam seruandā in rep. Iniuriam propulsandam. Quib⁹ causis defensiones prætermittuntur. Tit. xv.

Rectores qnā

Quoniā Pretor inclyte: illis reip. gubernacula sunt cōmittenda: qcunqȝ custodire leges possunt: & ciuitatis officia: maxime gaudemus oēs prudentiā tuā ad nos venisse cūcti. n. noscimus: quāta in illa prestantia: quāta auhoritas: quāta sapientia: virtus atqȝ iustitia regnet. Speramus igit̄ reip. nr̄æ optime cōsultū fore: q̄ te prætorem sortita fuerit. Quē nō amicitia: nō odiū: non terror vllus: non auaritia aliqua poterunt ab recto & equo auer-

Iniustitiæ cā.

tere. His enim causis sepe equitas violatur: sæpe innocentia læditur: Amore: dum amico: vel ppinquis placere cōtendim⁹. Odio / cū ɔtra aliquē aduersari molimur. Timore / dū alicui⁹ metu potēt veritatē log

pauescimus. Cupiditate dũ alicuius p̃mio muneris corrumpimur. A quibus vitijs aliena dignatio tua æquo iure oĩbus cõsulet. Conabiturq́ toto pectore ciuitatis nostrę cõcordiã: qua nil melius reip. cõseruare. Improbos puniẽdo. ij nãq́ dirimũt cõmunẽ humani generis societatẽ. Estq́ iniustitiæ genus, si non ꝓpulsat iniuria ab his: q̃bus infertur: quũ qs potest id agere. Nec est in minori vitio, q̃ si parẽtes: aut amicos: aut patriã desereret. Prętermittunt autẽ defensiones ab aliq̃bus: aut negligẽtia: aut pigritia: aut inertia. Aut suis studijs: q̃busdam ue occupatiõibus sic impediunt: vt eos: quos tutari debeãt desertos eẽ patiant: q̃d gen⁹ hoĩm est iniq̃ssimũ. Vt ergo toti⁹ patriæ nostrę & saluti & cõmodis cõsulat sapiẽtia tua. Sceptrũ hoc iustitię & æquitatis Regimen fausto felicíq́ omine accipito.

Iniuriam ꝓpulsandam.

Defensio cur p̃termittitur.

¶ Assignatio Sceptri: vbi scribitur. Ignauũ prohibendum ab rep. Sapientẽ omnia bene curaturũ. Reip. cõmoda cõseruãda. Sceleratos puniẽdos. Probos colẽdos. Iustitię bonũ. Iracũdiã cauendam. Sine personarum acceptione iudicandum. Tit. xvi.

Epicurus ille prætor illustris ignauũ ꝓhibebat accedere ad rẽp. q́ rudes hoĩes, & veritatis ignari, illã administrare, sine mẽte, ratõe, cõsilio nõ possunt. Sapiẽs aũt: cũ acute vi deat: celeriterq́ discernat, sufficienter rẽ oẽm curabit. Bene igit patrię nostrę successit: q́ te ꝓuidũ, sagacẽ, acutũ, plenũq́ ratiõis & cõsilij p̃torẽ accepimus. A quo ꝓpterea nihil iniquũ, nihil indecoꝝ sed æqua omnia & honesta in nostrũ quẽlibet expectamus. Obseruabis eñ bonũ & æquũ, idest vtilitatẽ & æquitatẽ, in singulis rebus recte diiudicãs causas: sineq́ p̃sonarũ acceptione vel districtione cuilibet ius suũ tribuẽs. Et q̃a maius dedecus est parta amittere, q̃ oĩno nõ parauisse. Conabitur prudẽtia tua reip. nostræ: q̃ nũc habemus: quietẽ, pacẽ, cõcordiã, & alia bona & cõmoda: seruare, tutari: defendere. Q̃d q̃dẽ fieri nullo pacto poterit: si iproboꝝ scelera ĩpunita erũt. Si q̃ q̃sq́ pessime fecerit: tã maxime tutus erit. Nec hi nõ colent: q̃ ornati erũt modestia: tẽperãtia: ac ipsa iustitia. Quę virtus oĩm est dña & regina virtutũ: q́ ei⁹ officia ꝑtinẽt ad hominũ vtilitatẽ: qua nihil homini debet eẽ antiquius. In rebus itaq́ dubijs p̃stãtia tua cauebit ne absolutũ ferat iudiciũ: q́ graue est in re dubia certã ferri sentẽtiã. Cauebit etiã ab iracũdia: qm̃ iracũdus iudex iudicij examẽ plene cõsiderare nõ valet: cũ furoris caligine p̃ssus videre nõ possit q̃d decoꝝ vel in decoꝝ sit: q̃d æquũ aut iniquũ. Nec est ꝑsona in iudicio obseruanda: sed causa. sic eñ scriptũ est. Nõ accipias ꝑsonã in iudicio. Et iterum. Nõ misereberis pauperis in iudicio. Nã q̃ cõsanguinitatis vel amicitiæ fauore, siue inimicitiarum odio iudiciũ ꝑuertunt sine dubio in Christũ qui est veritas & iustitia peccare noscũtur. Q̃d facinus: quoniã a tuo sanctissimo pectore procul abfuisse semper agnouimus. Id circo iã puris istis manibus tuis sceptrũ hoc accipias: quo potestas onus & imperiũ totius reip. nostræ tibi traditur & cõceditur: vt oẽs iudices & protegas & defenses. Dixi.

Ignauus. Rudis. Sapiens.

Parta.

Iustitia.

Iracundus.

Persona in iudicio.

❡Sceptri aſſignatio: vbi ſcribit: Iuſtitiã reuocãdã. facinora expiãda. Vniuerſos ſine diſcrimĩe iudicãdos. Lucri cupiditatẽ fugiẽdã. T. xvij



MErebat ſapiẽtia tua p̃tor iuſtiſſime/ maiori & digniori magiſtratui p̃eſſe. Cũ doctrina/ ꝯſilio/ eloq̃ntia excellat. Verũ ſũma illi⁹ erga nos charitas & beniuolẽtia: ciuitatẽ hãc Veliternã cũctis p̃poſuit alijs: vt ſalutare vniuerſi & optabile regimẽ haberem⁹. tu. n. euerſaꝫ ſublatãq; iuſtitiã nobis reduces: teterrimũ iniquoꝝ facin⁹ expiabis. Quo circa ꝯferet tibi de⁹ fęlicitatẽ ꝟtutẽ: diuturnitatẽ: quo ſis aduerſus ĩpios rectiſſim⁹ iudex: quoꝝ ſcelere hacten⁹ innocẽtiã min⁹ tutã vidim⁹: ꝙ ĩpune facinora ꝯmittebant. Per te ergo nrę reip. iuſtitia reſtituet: vniuerſos ſine vllo diſcrimine iudicãtẽ. ꝙ nõ cupid⁹: nõ auarus: nõ tenax: ſed oĩ lucri ſtudio remot⁹ ꝙ ſemp inops eſt qcũq; cupit: ab oĩ volũtate & cauſa fallendi alienus.

Aureũ ſęculũ.

Sublato igit ex vrbe noſtra oĩ malo (nã pietatis gen⁹ ẽ in hac re eẽ crudelẽ) aureũ ſeculũ (vt poetę vocãt) ideſt iuſtũ ac pacificũ tẽpus oriet.

Sceptrum Minois.

Idcirco age iã ſceptrũ hoc manu accipito: quo ciuitatẽ regas & moderetis Minois more: is enĩ Iouis ſceptro vtebatur: ideſt Iouis doctrina qua ciuitates moderaretur: vt Plato ſcribit.

❡Aſſignatio ſceptri: vbi ſcribit e ciuitatibus claris optimos eligendos ad magiſtratum. Delicti pœnam non omittendã Sapientiæ bona. Quinã iuſtitię miniſtri. Tit. xviij.

Aegyptioꝝ iudices.



AEgyptij p̃tor humaniſſime: e ciuitatib⁹ clarioribus viros optimos eligebãt: quos iudicijs p̃ficerẽt. apud eos. n. iudicia nõ caſu fiebãt: ſed rõne q̃ exiſtimabãt rite facta: multũ vitę mortaliũ ꝓdeſſe.

Pœna.

Et punire nocẽtes: auxiliũq; ferre oppſſis ad ꝓhibẽda ſcelera optimã viã putabant. pœnã vero delicti: aut pecunia aut gratia tolli exiſtimabãt cõfuſionẽ vitę cõis fore. Sapiẽter illi quos qdẽ & ſumm⁹ põtifex in re p̃torẽ imitatus eſt: q̃ elegit eũ ex vrbe Roma:

Prudens.

Qui prudẽtia: modeſtiaq;: & tẽperãtia: & iuſtitia cũctos exuperat. Aduertẽs prudẽtẽ & iuſtũ virũ ſcire: q̃ erga deũ & homines agere atq; dicere debeat.

Sapientia.

Et ſapiẽtia duce negocia recte atq; bene ꝓcedere: ꝙ vt ſol oculoꝝ/ ſic ſapiẽtia lumen ẽ cordis humani. Sed prim⁹ ſapiẽtiæ gradus eſt: falſa intelligere. Secũdus vera cognoſcere. q̃ gradus ambo in te maxime vigent: quoniã acutiſſime verũ a falſo diſcernis. Itaq; p tuã prudẽtiã malitia oĩs abolebit: vt ꝯuertat vnuſq̃ſq; ab via ſua mala/ & neqſſimis affectiõibus.

Iuſtitia.

Docebitq; iuſtitia: quã pfidi abiecerũt: ꝙ amara ſunt vitioſis: & male viuentibus p̃cepta iuſtitiæ. Sed vbi ius rõq; pit/ illic habitãdũ nõ ẽ.

Iuſtitiæ miniſtri.

Iuſtitię ꝟo miniſtri ſunt ipſi ſapiẽtes: q̃ lites dirimũt. diſcordias ſedãt: iras ꝯponũt: hoĩeſq; hoĩm vtilitati cogũt iſeruire. Quę oĩa executuram dignationẽ tuã: nemo ẽ: q̃ nõ arbitret. Iudicabit. n. illa oĩꝫ cauſas nõ caſu: ſed rõne. puniet ſontes & improbos: fauebit oppſſis. Delicti pœnã aliquo mõ tolli nõ ſinet. Diſcordes ad pacẽ reducet. Iratos cõponet: omni cupiditatis ac fraudis ſuſpitiõe remota. Trado igit hilari fonte: libẽtiq; aĩo ſceptrũ hoc/ tã digno: tãq; p̃ſtanti viro: patrię noſtrę tutori ac patri.

¶De Regētiū rēpublicā officio. vbi scribit. Qui ad magistratū assumi debēt. In senat⁹ collegio cōcordiā fore. Iustitiā seruādā. Diligētiā p reip. salute adhibēdā. Cui opitulādū. Quinā Magistratū adipiscant. Quales iudices eligant. Leges seruādas & iniustitiā repellēdā: sic em̄ ciues p patria salute mortē obibūt. Iurisiurādi religionē custodiēdā. Periures in Aegypto capite mulctatos. Tit. xix.



Vm ad magistratū assumi debeāt senes/ prudētes/ & publici amatores boni/ atq; in hoc ipso p experiētiā comprobati magnifici dñi. Laudo eorꝫ prudētiā: q eiusmodi elegerunt. Quo circa ad vnū oēs oro ac obsecro: vt ante omīa e vestro collegio odiū atq; simultas & inimicitiæ tollant. Nihil em̄ concordi collegio firmius ad remp. tuendā. Qđ Liuius Salinator & Claudius Nero cōsules declarati intelligentes/ statim deposito acerrimo odio in amicitiā redierunt. Ne forte dissidētibus ipsis: patria cuius charitas summa eē debet: incōmodi aliqd & calamitatis subiret. Agite q̄so & vos vnanimes sitis ad cōmune cōmodū & reip. salutē tutandam: omni ābitione deposita. Sic. n. nullæ inter vos inerūt seditiones: sed summa tranqllitas. Nec vos muneribus corrūpi oportet: vt iustitia cūctis seruet: q auro violari solet: ꝑpter qđ pauper nō solū audiri cōtenit sed etiam reprobat: & reus nullā ptimescit culpā: quā redimere nūmis existimat: qđ ne fiat: oīno cauere debetis. In cōsultatiōibus & iudicijs ab odio amicitia/ ira/ atq; mīa vacuos eē decet: qm̄ haud facile anim⁹ verū ꝓuidet: vbi illa officiūt. Diligēter ꝓspicietis: qd ī qua q; re verū sincerūq; sit: qd cōsentaneū cuiq; qd cōseqns: q̄ cuiusq; rei sit causa: qꝛ paruus error in principio maxim⁹ ē in fine. Hinc sapiens nūq̄ potētiū iras ꝓuocabit. Sed declinabit non aliter q̄ in nauigādo procellam. Debent & illi omnes qui remp. gubernant & moderantur id agere: vt earum rerum copia sit: quæ sunt necessariæ. Debent & ciuiū cōmoda defendere: non diuellere. Debent & in rep. defendēda cōferre multū studij/ multum operæ/ multū etiam facultatum si opus fuerit. est & paci semper cōsulendum: quę nihil habitura sit insidiarꝫ. Tribuendum cuiq; pro dignitate. Id enim ē iustitiæ fundamentum. Illudq; maxime officij est: vt qsq; maxime opis indigeat: ita ei potissimū opitulari. Qđ contra fit a plerisq;: nam a quo plurimū sperant: ei potissimū inseruiūt. Vtq; ciuitas hæc nostra optime regi possit. Curare obsecro: vt his: qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum: abiecta omni cunctatione magistratū adipiscant: ad reip. commoda seruanda atq; augenda: aliter enim omnia in peius ruent. Vestri aūt iudices sint/ nō stulti: nō improbi. Nam stultus per ignauiā ignorat iustitiā: improbusq; p cupiditatē corrūpit ipsam: quā didicit veritatē. Grauiusq; lacerant pauperes a prauis iudicib⁹ q̄ a cruētissimis hostibus. Nullus nāq; pdo tā cupidus in alienis/ q̄ iudex iniqu⁹ in suis. q sępe cupiditatis causa: aut differt aut ꝑuertit iudicia: quū. n. iudicat: nō causam sed dona cōsiderat. Iustus aūt iudex recte iudicās statherā in manu gestat ī vtraq; lāce iustitiā & misericordiā habens.

Rectores q̄les
Concordia.
Salinator.
Nero.
Iustitia.
Iudicia.
Potenti. iræ.
Reip. cura.
Cui opitulandum.
Resp. quibus tradenda.
Iudices q̄les.
Iudex iniquus
Iudex iustus.

Sed p iustitiā reddit peccati sentētiā: p misericordiā peccātis tēpat pœnā: vt q̄dā p eq̄tatē corrigat: quędā xp̄o p misericordiaȝ indulgeat. Igit sic reip. capessenda vobis ē cura: vt leges imutabiles pseuerent: iiusti tia malorum turpissimum repellatur Quod si fiet nos ciues amabimus patriam/parebimusq̄ senatui: Et licet chari sint parentes/chari liberi/ppinq/familiares q̄m tamē omnium charitates patria vna complexa est: pro'ea nemo bonus dubitabit mortē oppetere/si ei sit p futurus. Vti & Menœceus egit: q oraculo edito largitus ē priæ suum sanguinē: Nam quū resciuisset p Thyresiā Vatē Thebas semp fore liberas: & nunq̄ posse capi: si illic ipse occubuisset/Vbi cauerna & cubile draconis erat: Libens gladio incubuit clā patre: vt morte sua libertatem patrię daret. Multi ergo Menœcæi similes e nostris ciuib⁹ erūt si vos rectores magnifici curabitis (vti iā diximus) in vr̄o collegio cōcordiam esse omni fugata seditione: nec munere aliquo iustitia deprauabitur. Si optime cōsultabitis: Nam cōsilium scientia est/inspicien di quęnam & quo pacto gerentes vtiliter operemur. Si reꝝ copia necessariarū in vrbe affuerit. Si ciuium & reip. commoda defendentur: si vnicuiq̄ pro dignitate tribuetur: maximeq̄ʒ egenti fauebitur. Si deniq̄ sapientes rerum gerendarum curam in magistratu accipient. Si iudices pbi/non improbi fuerint: quo iustitiæ loc⁹ nō desit: Tūc tunc patrię charitas cunctis alijs a ciue quolibet p̄ponet. Vt ergo hęc oīa p cōmuni bono seruētur: Iureiurādo se quisq̄ astringat. Quod olim Aegyptij veluti religiosam rem magni ęstimabant: Vnde periuri capite mulctabant: vt qui & pietatem in deos violarent: & fidem inter homines tollerent: maximum vinculum societatis humanæ. Sʒ quāto magis christianis iusiurādū inuiolatum esse debet/& periurium caueri dicerem/nisi prudentioribus oratio habenda esset. Dixi.

Margin: Patriæ charitas. — Menœceus — Epilogus — Consilium — Iusiurandum — Periuri — Fides

¶ De Officio eorundem: vbi scribitur. Sapientię studiosos & vsu peritos: non vulgū insipientē reip. p̄ponendos. Et q sint imperio digni. Qualis iudex eligendus. In cōsilio doctos adhibendos/vel vsu peritos. Bene merentes de rep. & honestis artibus imbutos merito honore afficiendos. Quid prudentia sit. Quid sapientia religionis cultum in vrbe non defore. Finem rei cuiusq̄ inspiciendum Reip. conseruatoribus in cælo locum constitui. Quot ex periurio mala eneniunt. Titulo. xx.



NIsi philosophi/idest sapientiæ Studiosi/& veritatis suspiciendę cupidi/ciuitatibus dominētur patres optimi: nō erit ciuitati/& hominum generi requies malorum vlla. Phūs aūt vulgus esse non pōt: quin etiam necesse est ab eo philosophantes vituperari: vt Plato scribit. Nō poterit ergo vulgus remp. gubernare: cum neq̄ sciat/neqʒ scire se cognoscat: Sapiens vero acute videt/celeriterqʒ discernit. Q̄ȝ pessime igitur faciant illi: qui studiosis omissis & idiotis & illiteratis dumtaxat eip. onus cōmittunt: Ecclesiastes ostendit: Legitur em̄ ibi Rex insipiens pdet

Margin: Phi rectores — Vulgus — Sapiens — Rex insipiens

populum suũ. Ostendit & vegetius de re militari ita scribens: Nullus est, cui sapientia magis congruat, q̃ principi: cuius doctrina omnib⁹ debet ꝓdesse subiectis. Cicero quoqꝫ sic: Non est enim consiliũ in vulgo, nõ rõ, nõ discrimẽ, nõ diligẽtia: Quocirca & Hieronym⁹ sanctus inquit, nihil eñ impudentius arrogantia rusticorum qui garrulitatem authoritatem putant: & parati semꝑ ad lites in subiectũ sibi gregem tumidis sermonibus tonant. Et Claudianus: Asperius nihil est humili cum surgit in altum. Sed quid Aristoteles? Rogatus is, Quo differrent docti ab indoctis: Respondit quo viuentes a mortuis. Gloriosa est enim scientia litteratũ: quoniã quod primum est in homine mores purgat: quod secundum: verboꝝ gratiam subministrat. Qua de re optime Strabo inqt: Oẽs idiotę & doctrinaꝝ expertes quodam modo pueri appellandi sunt: Qui ergo stultus est & imprudẽs vt vulgus ipse, qd sit bonũ ac iustum & quid sit loqndũ nescit. Maturi certe senes & studiosi habent iudicium & vnusqſqꝫ bene iudicat, q̃ bene cognorit. Qua propter qui meliores sunt, ij subditis imperent: Naꝫ hominibus imperare neqꝫ factu difficile est si qs prudẽter id agat. ¶ Hęc in mediũ attuli patres ãplissimi vt ciuitates illæ, qbus omnino insipientes non sapientes dominant, a praua consuetudine diuertãt. Velintqꝫ eiusdem platonis sententia seniores ac sapiẽtiæ studiosos reip. curam gerere. Nam senatũ maiores nr̃i appellarunt quia in senibus esset consilium, ratio sententia. Cuiusqꝫ dẽ platonis sanũ consiliũ ciuitas hæc magna ex ꝑte seruat: Nã licet idyotę ad reipublicæ regimẽ admittant recipiuntur tamen & sapientes: quibus vt illorum ducib⁹ res omnes prospere succedunt: ꝙ ipsi prudentes agenda dicendaqꝫ cognoscunt. ¶ Iudex etiam eligendus ingenio bonus, prudens, multos homines, & bonos & malos expertus. Iniqui enim iudices errant in veritate sententię: dum intendunt in qualitatẽ personæ: & exhulcerãt sępe iustos, dum improbe defendunt iniquos. ¶ Nec vero alienum erit ad ea eligenda quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines vel ẽt vsu peritos: & qd ijs de vno quoqꝫ genere officij placeat exquirere. Maior enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur: Aliorumqꝫ iudicio permulta nobis facienda, & nõ faciẽda, & imitanda & corrigenda sunt. ¶ Debetis etiam rectores inclyti colere, & aliquo digno honore afficere eos ciues: quoꝝ vita ꝑspecta in rebus honestis, atqꝫ magnis est: de rep. benemeritos aut merẽtes. Quo quisqꝫ libentius virtuti operam impẽdat: nam honos & præmium alit artes. Et quo audentius vbi opus fuerit, ꝓ patriæ salute oẽe periculum subeat. Si enim virtute doctrinaqꝫ inclyti huius seculi ciues: culti & honorati non fuerint: Minores postea & ab virtute & doctria velut a lupis agnæ abhorrebunt: & merito: Cur naqꝫ studiosi efficiantur: si pluris ignaui habentur q̃ ipsi? Quisue est tam ineptus, tã ociosus, vt aggrediat facere aliquid frustra: Ex quo nullaꝫ vtilitatẽ nullũ commodum speret. Danda est igitur opera: vt cuiqꝫ pro dignitate satisfiat: Nam sic in ciuitate prudentia rerum expetendarum fugienda

Princeps
Vulgus
Rustici.
Hũilis in altũ
Docti, indocti
Impio digni.
Sermones in reip.
Senatus cur⁹.
Prudenter
Iudex qualis
Aliorum consilium.
Ciues honorãdi, qui
Spes virtutis
Prudentia.

Sapientia

rumqꝫ scientia vigebit: Et sapientia quæ est intelligentia vel ad bonũ rectumqꝫ faciendum: vel abstinentia delictoꝝ factorumqꝫ improborum: Et rerum diuinarũ humanarũqꝫ scientia: In qua continet: deorum & hominũ communitas/ & societas inter ipsos. Quæ duę virtutes nullo pacto aliqua in ciuitate erunt: nisi earum studiosi fuerint ab reip. rectoribus merito affecti honore. Id igitur etiã atqꝫ etiam repeto (ne Resp. sine prudentiũ consilio ruat): Doctoꝝ & sapiẽtũ ingenia fouenda esse: Cum sit (vt etiam Lactanti⁹ inquit) plus momẽti in paucioribus doctis: q̃ in pluribus imperitis. Iis omissis ad ea quę restant pergamus. ¶ Commeatus & vrbis munitio cogitanda est vobis priores sapientissimi pacis tempore: Et in ocio tractanda quia tunc male quæritur quando necessaria iudicatur: ¶ Speculæ pręterea belli tẽporibus opportunis locis statuẽdæ. Exploratores ad p̃sentiendos futuros hostium motus: destinandi: omniaqꝫ impigre prouidenda/ quæ ad cõmissę reip. salutem pertinere videbuntur. ¶ Illudqꝫ ante om̃ia/ quoniam exorabiles conuertibilesqꝫ dei sunt/ si sacrificijs votis/ libationibus placentur: vt veri dei cultus in vrbe nostra continue vigeat ꝙ religione sublata/ nec sapientia teneri potest nec iustitia: ꝑpterea phũs inquit/ oportet in ciuitate aliquos esse/ curam deorum habentes/ id ẽ sacerdotes. Quod si fiet/ pro nostra rep. augenda custodiendaqꝫ pertinax ipsius dei indulgentia semper excubabit: Nec in difficultatib⁹ solum dei reminiscendum est: sed etiam in rebus secundis assidue. Nec solum in magnis rebus sed etiam in prauis semper ab immortali deo initium faciendum: quod & Cyrus ille q̃uis a catholica fide alienus agere solitus/ vt Xenophõ scribit. ¶ Præterea quoniam magnas voluptates/ maximaqꝫ bona præbet obedientia; agendum est vt ciues omnes magistratui sint obedientes. Siquis autem in magistratu fuerit & errarit/ alius Cyri sententia eius loco constituat. Danda igitur opera est/ vt futuri sitis q̃ optimi: Nam labi & errare/ nescire & decipi/ & malum & turpe ducimus. Nec decet principem se bonum p̃stare dũtaxat/ verum etiam pro subditis diligentiam gerere/ vt & ipsi q̃ optimi sint futuri. ¶ Cumqꝫ finis sit optimum cuiusqꝫ rei/ ꝙ ab eo pendẽt cætera omnia/ idcirco Solonis quoqꝫ philosophi sentẽtia/ omnis rei oportet inspicere exitum/ quo sit euasura. Idqꝫ solum bonum iudicandum est: quod honestũ sit: secus enim contra remp. fiet: quæ debet esse charissima. Vitandũ etiaꝫ in reip. rebus agendis/ ne quis inuidię metu reticeat quod sentit: Fabij more/ qui patrię saluti nullius rumores præponebat. ¶ Demum quo sitis ad tutandam remp. alacriores/ sic habere/ vt ciceronis verbis vtor: omnibus qui patriam conseruauerint adiuuerint/ auxerint/ certum esse in cœlo diffinitum locum: vbi beati sempiterno æuo fruantur. Colite igitur iustitiam & pietatẽ: quę cum magna in parentibus & propinquis tum in patria est maxima: de salute cuius optimæ sunt curæ. Curat aũt quisqꝫ maxime/ id quod maxime diligit Sed quid magis q̃ patria diligẽdũ? profecto nihil: Itaqꝫ summa diligentia conari debetis/ vt mansuetudo/ & pietas/ & in=

Docti

Cõmeatus

Speculæ

Religio

Magistratus.

Princeps

Finis

Reip. conseruatores

nocentia/& ęquitas/& temperantia/& fides nostra in vrbe morentur. ¶Reliquum est/quoniam iureiurando promittetis omnia,reip.iura custodire atq; defendere: vt caueatis ab omni periurio. Naʒ propter id fit homo similis ꝓditori: propter id nutriuntur fraudes: deceptiones/simulationes/& iniustitiæ: propter id opprimuntur pauperes: vexantur viduæ: pupilli & orphani fraudantur. Dixi. Periurium

¶Deliberat Senatus an pontificis legato aduenienti dona mittantur. Titulo.xxi.

Sententiæ Suasoriæ.

SOlebant olim Romani dando potiusq̃ accipiendo externorum beniuolentiam sibi allicere ciues optimi: hinc non solum officij gratia illis aduenientibus obuiam ire: sed in vrbe ipsa & hospitium q̃ optimum/ & rerum necessariarum copiam parare: quæ illis publice præberentur: & quenq̃ pro dignitate donis honestare. Quod quidem (vt alios taceam) in legatis Masinissę regis apparuit: in singulos enim dona collata sunt: Nec in legatos tantum/sed in comites etiam. Pyrrhus quoq; epirensium Rex Romanorum legatis ad redimendos captiuos castra sua petentibus quo honoratius exciperetur: ipse cum ornatu equitum extra portam occurrit. Quibus sane exemplis impellor optimum factu credere/ aduenienti legato rectores iudicem/prætoremq; simul/ꝓcerum comitatu stipatos extra portam occurrere: hospitium moliri condecens: victum parare,pro facultate. Sic enim gratior apud pontificem summū/ apud cardinalium cœtum nostra ciuitas erit: & legato pręsenti potissimū. Is nanq; officij erga se collati non immemor vbicunq; reipub. nostrę fauere auxiliariq; poterit/vigil erit & promptus. Naʒ quis est tam demens/cui non sit exploratum passim & continue pr̄ię nostræ iminere grūnas? Quas equidē eijcere ceruicibus nostris haud facile nos poterimus: Ni summi viri patrociniū nr̄m susceperint; Optime em̄ historicus ait: præsidia regni non aurum non arma: veruʒ amicos esse. PARS/ALTERA. Laudanda est liberalitas viri præstantes: sed quæ circa vires erogata fuerit. Sępenumero memini/ quod est consultum non legatis modo/verum & priuatis hominibus actum fuisse. Tunc autem ęrarium pecunia affluens: Nunc,vero temporum culpa/ nec aureus inest: nec quadrans. Egenti ergo reip. æs alienum conflandū esset: quo munera legato darentur: Quod certe iniquuʒ esset & stultū: Itaq; suadeo/parandum duntaxat hospitiuʒ publice: Adeundumq; magistratu legatum vbi aduenerit comitato proceribus vrbis. Illiq; nuntiata pace cum gratia/inopię nostrę difficultatem aperiēdo/prōptos reip. animos ad ei munera danda significabunt: verum ęgestate ꝓssos nunc votuʒ exequi non valere. Idq; omnibus summo dolori accedere. At cum alias/quę nunc omissa/liceat emendare venia ab illi⁹ & humanitate & clęmentia exorabitur. offereturq;: patriam nostraʒ pro viribus paratam ad libita dignationis suæ. Dixi.

Romani liberales.

Pyrrhus in Ro.

Amici

Liberalitas

QVARTVS Sermonum libellus de fide publica. De gratiarum actionibus. Continet sermones .xxiij.

¶Fides publica prætoris optimi Titulo .j.



Vm inclytus & generosus vir Ioannes baptista Roman⁹ ciuis q̃ optimis veliterna in vrbe p̄tor æq̃ssim⁹: fortiter: iuste: modeste: prudẽter: ma=gistratũ suũ per annũ gesserit. Eo etiã abnuente voluimus Veliterni priores fidẽ p̄sentibus lit=teris gestoꝝ suoꝝ oĩbus facere: eo em̃ aĩo: ea mẽ te: cõsilioq; & labore summo ꝓ reip. nostrę salu te inuigilauit: vt nihil supra in nostrũ potuerit cõm odũ fieri. Nã puniẽdo mãsuetudine: iudicãdo æq̃tate: gubernã=do moderatione & diligẽtia maxima: ꝓfusaq; liberalitate vtebatur. Vnde veliternoꝝ omniũ animos ita sibi asciuit: vt omnia ꝓ eius cõ=modis onera subire quisq; nõ solũ nõ renuat: verum maxime optet. Gratias igitur omnipotenti deo: summo põtifici: nostroq; benignis simo protectori Iu sancti Petri ad vincula Cardinali: atq; eius ipsius virtutibus agimus: & habere non desinemus. Assiduis etiam p̄cibus deũ exorare conabimur. Vt qualẽ prætorẽ ostẽdimus. Reipublicæ no stræ iugiter habere cõtingat. hæc velitris anno Christianæ salutis. M. ccccxciiij. pridie calendas Nouembres.

Fides publica notarij diligentis. Titulo .ij.



Vicunq; has viderit litteras animaduertat: inclytũ omni ꝗ virtute ornatũ Ioannẽ Palinũ Choranæ vrbis ciuẽ no=stra in ciuitate Veliterna Semestre maleficioꝝ officiũ tam opportune: tã diligẽter. tã placide executũ esse. Vt in ei⁹ p̄=conia laudũ referẽda disertissimi eloquẽtia opus eẽt. Est em̃ ad oẽs res aptus, patiens, liberalis, modestus, tẽporibus callidissime seruiens. Itaq; merito has sibi litterulas per celeberrimũ virũ Dominicũ ciuẽ Alatrinatem, & iam nostrũ: nostræq; reip. scribã fecimus exarari Ve literni priores. Magnoq; nostrę reip. sigillo muniri. Anno Christianę salutis. M. cccc. xciiij. Idibus Nouemb.

Fides publica p̄dicatoris egregij. Tit. iij.



Idem facimus Veliterni priores hæc inspecturis: qualiter Reuerendus theologiæ magister Stephanus Ferrariensis ordinis beati Dominici. Anno prę senti. M. ccccLxxxxv. san ctissimę quadragesimæ tempore. Velitris q̃ optime: q̃ dili gentissime: q̃ acutissime prędicauit: adeoq; honeste vixit: & rite, & de cẽtissime passim apud nos sese gessit: ꝗ p̄senti quidẽ sęculo Veliternis omnibus, eius insignis & grata memoria nũq̃ delebitur. Itaq; nos probitati suę obnoxios reddimus. Atq; vt summæ facundię summæ virtutis eius appareat testimoniũ: hęc nostro perpetuo & antiquo si=gillo notari fecimus. Velitris Aprilis tertio Idus.

¶Fides pu.grati prędicatoris.Tit.iiij.

DAteat/constetq omnibus:quoquot pñtes litterulas videre cõtigerit:vti.D.Ant.de.P.dignissimi Domini.I. Cardinalis sancti petri ad vincula Vicarius veliternus in spiritalibus/testimonium pbet/prestantem & reuerendum patrez Magistrum paulum ordinis minorum hoc anno.M.cccclxxxxv.Sanctissimę quadragesimæ tempore predicasse:& plurimorum confessionem audiuisse Velitris in cathedrali ecclesia beati clementis. Fuisseq oibus adeo gratos/salubrisq etiam eius sermones mellifluos & vitã sanctissimam:q eius sane digressu non parũ veliterna ciuitas condolet & tristat.Summa nanqz vir laude dignus:& quo pstantiorẽ pluribus annis nec vidimus/nec audiuimus christi pconẽ. Qui aũt hæc asserit testimoniũ phibet:proprioq sigillo ipressit Aprilis pdie Idus.

¶Fides pu.Summi prędicatoris.Tit.v.

DIgnissime pater & dñe/Cum prius multa ppter & maxima in me beneficia excellẽtiæ tuę deberem:vlterius tamẽ onus accessit.Habuimus enim velitris tua agente benignitate diuinę scripturę pręconẽ peritissimum quidem:Episcopũ lauellensem/omni virtute & doctrina exhuberantem:omni honore & laude dignissimum. Qua de re non solum dilectus sed amatus /cultus & veneratus fuit a cũctis.Nec iniuria.Virtus etenim allicit oẽs ad se amandũ:nec tantũ pñtes:sed quos etiam nunq̃ vidimus. Multos antea diuersis tẽporibus insignes & eloquentissimos viros palaz concionantes habuit nostra ciuitas:sed qui magis omnibus satisfecerit neminem præter laudabilem & eximium lauellensem epm.Quidnam igitur tuę benignitati ptanta gratia precer ac optem ignoro:nisi vt Deus bonorum author omnium tua vota sanctissima secundet vbiqz:Viue & vale sapientissime domine/Męç summum decus honor.spes:tutela:& laus patrię.Velitris.M.cccclxxxxv.

¶Fides pu.Disertissimi prędicatoris.Tit.vi.

SApientissime pater & dñe:Sępius prędicatum est apud nos apte:distincte:ornate:facundeqz etiam:Vti vero pñti ãno vix vnq̃:lauellensis enim epũs sanctarum virtutum præcones omnis excelluit. Quocirca nostra in vrbe nomenqz decusqz eo pacto adeptus est vt diutius eius memoria veliternis animis commoretur.Agimus igitur gratias immortales amplitudini vestrę q talem tantũqz virum nostram in patriam miserit.Cuius profecto ciuibus quanta sępissime de vestra benignitate retulerit/eã plurimum laudans:in primisqz de summa in nostram patriam beniuolentia:nullo pacto exponi posset.Itaqz pro huiusmodi meritis iugiter in vestrę salutis gratiam deum orare non desinemus.Cõmendamus interim plurimum sapientię vestrę Lauellensem episcopum:Cũ vir sit tanta virtute:facundiaqz ornatus:Viue & vale nostrę patriæ:nostri cleri portus:& aura.Velitris.M.cccclxxxxv.Aprilis Idibus.

¶ Gratiarum actio conuiuis habenda. Tit. vi.

Egitur Magnifici dñi: Euandrum arcada suscepto in hospitium hercule, maximo quidem gaudio: sūmaq; hilaritate affectum esse: hercules. n. heros, Euandri humilem domū ingredi, colereq; etiā dignatus erat, haud aliter meo dño accidisse conspitio viri egregij. Tota enim mens eius, animusq; exultat: & domus: vt ita dicā: ridere passim videtur. Cum tanti viri hoc suum qualecunq; contubernium adire dignati fuerint: Conuiuioq; interresse: in quo certe ciborum apparatus non opimus: ministriq; non satis idonei affuerunt. Non defuit aūt meo dño vultus hilaris & iucundus: non læta frons: benignusq; animus. Quę sane omnia (& si cętera desint) potissima in conuiuio requiruntur. Siquidē inter amicos non ciborū elegantia regifico luxu apparata: Verūtamen vultus ipse iucūdus, benignusq; animus (que pfecto hic minime defuerūt) inesse debent. Itaq; eius animum præstātissimi viri conspicientes, facile tali conuiuio veniam tribuetis. Dixi.

¶ Actio gratiarum comitantibus & officiosis habenda. Titulo. viij.

SI cuncta mei corporis membra verterent̄ in linguā: & oēs artus humana voce resonarent: non propter id penitus vestrę satisfieret benignitati venerādi patres, & optimi ciues: Semper enim vestra in me grā: vestra beniuolētia, vrā charitas prompta fuit: quotiescūq; oportuit vel me vel meorū aliquē celebrari & honestari. Qua de re pri⁹ incipiēt colūbę vitare turres, & ferę antra: pecora herbas, & mergi aquas, q̄ meritorum obliuio meum subeat animum. Cumq; ego nec in præsentia, nec etiam vnq̄ tanti esse possim, vt tot meritis satisfacere queam: Superos oro ac obsecro vt & mihi & cunctis agnatis & affinibus item meis concedant, posse vrm cuilibet debita præmia reddere. Oro etiā vt vestræ humanitates ęquo animo ferant prandiolum, qualecunq; parauimus: Cōsiderentq; nō res appositas, sed mentem potius & animum nostrū erga omnes & singulos merito benignissimum. Sciteq; nos ipsos, nostraq; bona si qua erunt perpetuo cuiusq; vestrum oportunitati & commodis parata esse. Dixi.

¶ Gratiarum actio comitantibus & officiosis habenba. Tit. ix.

SI quis ingenio facili, copioso, suaui, eēt: & ornatus in loq̄ndo facilis in explicando potens in persuadendo viri p̄stantes: nullo quidem pacto posset ille tāto officio gratias agere: quāto in hoc die vsi estis. Quomodo igitur ego id exequi potero: cuius sermo ieiunus est, neq; habens vim persuadendi neq; subtilitatem argumentandi. Quali certe hoc ī loco in presentia mihi opus esset cum vestrum quilibet promptissimus fuerit ad me comitādum & honorandum ac in re mihi longe gratissima. Deniq; qm̄ ipse non possum nec agere gratias decenter neq; referre aliqua via: dum

referant. Ego habebo semper ꝙ vestri immemor haud vnq̄ ero: nec qs: q̄ arguet me ingratum sui non meminisse. Vos ergo velim vt nullam rem neq; tam magnam neq; tam paruã putetis: quę mihi aut difficilis aut parum me digna videatur: Omnia quę vestris in rebus agam non laboriosa mihi sed honesta videbuntur. Nam & vos omnia reliquistis quum vestra opera vti volui. Dixi.

¶ Actio gratiarum conuiuis habenda nuptiarum tempore. Tit. x.

Non minus interdum oratorium est tacere q̄ dicere patres optimi: æquius itaq; esset me hic silentio vti q̄ oratione. Quid enim laude dignum exprimere valeo deficiens orandi vsu assiduo: qui vt legitur vni rei deditus & ingenium & artem sępe vincit. Impulsus tamen & vestra benignitate fretus hic adsum: Vbi ni mihi vere constaret vestras humanitates matrimonii totam materiam q̄ optime nosse aliqua dicere non refugerem. Nũc ergo alio tendam præclarissimi ciues non Liuij/non Ciceronis facũdia non græci poetæ homeri qui cunctis eloquentiæ partibus exemplum & originem dedit/posset digne ac plene vestris humanitatibus agere gratias consideratis grata societate & omnium beniuolentia erga hodiernum sponsum. confugio igitur ad summi dei clæmentiam oroq; vt tum patrui mei q̄ optimi sacerdotis/canoniciq; reuerendi Leonardi tum charissimi patris nomine tum mei dulcissimi fratris hodierni sponsi: dignetur omnibus gratias referre & digna pręmia. Cumq; prę sens conuiuium non amplum/non affluens/non lautum/non diligẽter paratum fuerit/vti decebat. a vr̄m quolibet veniã petimꝰ: Vr̄o cõmodo nos: nr̄aq; oĩa: & om̄i loco: & omni tẽpore offerentes. Dixi.

¶ Gratiarum actio comitantibus & officiosis habenda per clericum nouo beneficio honestatum. Tit. xi.

Egeram viri sapientissimi: diuinę legis caput esse primũ: deum nosse: Soli obtemperare: solũ colere: Nec posse quẽq̄ rationẽ hominis obtinere: qui parentẽ aĩæ suę deũ nesciret: quod est summũ nefas. legerã quoq; inutilẽ esse deo: q̄ fide ac deuotione careret: Atqui deũ honorauerit/hoc affici p̄mio: vt sit in ęternum beatus: sitq; apud deum/& cũ deo semper. Vt ergo deũ cognoscerem/illiq; obtemperarem/rationemq; hominis optinerem & fide ac deuotiõe magis afficerer/quo essem in ęternũ apd̄ deũ beatꝰ ad sacerdotiũ mẽtẽ & aĩm direxi: nõ aũt lucri & auaritiæ cã/ vt multi solẽt: S; tñ q̄a & sapiẽs & iustꝰ & cęteri rebꝰ his ĩdigẽt/ q̄ neccessarię sũt ad vitã scribẽte phõ: Idcirco bñficiũ hoc a pietissimo dño mihi collatũ libẽtiꝰ accepi: s; eo aĩo: eaq; mẽte/vt ex hoc ipso egẽtibꝰ portionẽ sugerã: hęc hactenꝰ/ne q̄s me habẽdi cupiditate duci existiaret. Reliquũ ẽ: vr̄is gr̄as agerẽ prudẽtijs: cũ tã erga me officiosę benignęq; fuerit: S; cũ dicẽdi mihi facultas desit/fateor me id implere nõ posse: Assero tñ mei ipsiꝰ añ me oblitũ: q̄ meo pectore tãta benignitas & hũanitas ex cidat: Et priꝰ aĩa hęc in auras ibit: q̄ gr̄a vr̄i meriti vana fuerit. Dixi.

Deum nosces

Deus honorandus.

Diuitię necessarię.

¶ Actio gratiarum per eundem habenda. Tit. xij.



Tsi omni genere litterarū peritus eēm/ & in eloquēdo facilis & cōptus viri clarissimi: haud vnq̄ id efficere possem vt tāto cœtui tāq̄ digno satisfacere valerē. Oino tñ voti mei rationē ostēdere nō pigebit. Erit aūt huiusmodi. Q̄m iust⁹ ac sapiēs nemo ē: nisi quē dñs p̄ceptis cęlestibus erudiuit. Et q̄sq̄s rectū vitę iter tenere nititur: nō terrā debet aspicere: sed cælū. Et deo seruire cęlesti: nō ad corp⁹ referre oīa: sed ad mētē: nō huic vitę dare operā: sed ęternę. Iā multis elapsis mēsibus decreuerā ego viā excogitare: qua & iustior/ & sapiētior/ & deo gratior fierē. itaq̄ nihil potius mihi occurrit: q̄ religioni: idest sacro veri dei cultui/ me penit⁹ tradere. hac re igit̄ toto aīo p̄nus ad sacerdotiū venire cōstitui: nulla impulsus argēti vel auri cupiditate: sed mera in deū ip̄m oīm patrē & dñm pietate. Q̄d vt mihi ad corporis & aīę salutē accedat. pedibus & manibus: corde & ope nitar. At diceres. Si nulla rerū cupiditate moueris ad dei cultū: cur nā bñficio gaudes? hinc illud respondeo/ q̄d & ph̄s scribit. Virtutē ad beatā vitā minime sufficere: q̄m ea corporalibus bonis exterioribusq̄ indiget. Et miser atq̄ infęlix erit sapiēs: siue dolorib⁹ afficiat̄/ siue inopia & cęteris huiusmōi incōmodis p̄mat̄. Ego aūt solo victu & vestitu cōtētus: reliqua oīa paupibus imptiar. Non.n.me latet: ecclesiarū bona pauperū patrimoniū esse. Apta sacerdotij mei: acceptiq̄ bñficij rōne patres inclyti. Iā ad grārū actionē venire operæ p̄tiū eēt. Nā video cūctoꝝ aīos omni honore meo & cōmodo mirifice exultātes. Video mei honoris grā/ sine mora vnūquēq̄ ad beneficij possessionē accipiendā: me comitatum esse pro quibus meritis vt referatur gratia/ non est opis nostræ: Me tamē vestrū fore mancipium in omne tempus polliceor. Nā prius flumina in fontes supino cursu redibunt q̄ gratia vestri meriti possit a me abire. Dixi.

Iustus.
Sapiens.
Deo seruiēdū
Diuitię necessariē sunt.
Ecclesiarum bona.

¶ Gratiarum actio habenda per eundem. Tit. xiij.



Vm solus homo p̄ter cæteras animantes rectus corpore ac statu sit Reuerēdi patres: vt ad cōtēplationē parētis sui excitatus eē videat̄. ideoq̄ sermonē solus acceperit: ac linguā cogitatōis interp̄tē: vt enarrare maiestatē dñi sui possit: q̄ dei timor solus ē: p quē vita ip̄a sustinet̄: munit̄: gubernat̄. Solusq̄ ēt deus ē: q̄ æternę vitę p̄miū largit̄. Visum ē mihi & honori & cōmodo corporis & aīę fore: si ad cōtēplationē veri dei accederē. Cui⁹ Eucharistia & ordo sacerdotalis gratia & virtute nos fulciunt. Sed q̄a altari seruiēs altaris oblationibus viuere debet. Ne ego egestate p̄ssus lucra sęculi in Christi militia q̄rerē/ beneficiū p̄s ns honestioris vitę gratia cōsecutus fui. Et q̄uis nemo tam prudens/ tā circūspectus esse potest vt nō aliquādo labatur. Conabor tamē verus dei cultor esse. Cuius q̄dē sacrificia sunt. Mansuetudo animi & vita innocēs/ & actus boni. Cęterum animaduertens ego maxima erga me vestra officia/ beneficia/ merita/ & honores summū deum oro: exoreq̄ opto: vt & cunctis & singulis digna p̄mia reddat: E diuerso autē & me & meos omnes: ac

Homo cur rectus.
Lingua cur.
Dei timor.
Labens:
Dei sacrificia.

domū/& quicquid ineſt/veſtris prudentijs offero ac trado: ita q̄dem vt voluntatem ſequatur effectus. Dixi.

¶Actio gratiarum per eundem habenda. Tit. xiiij.

Etiam oratoria virtute eminētiſſimus Reuerēdi patres & domini: veſtro in me officio dignas agere gr̄as nō valeret. Quāto min⁹ igit̄ ego: in quo nulla eloquēdi facultas/nulla narrādi iucunditas/nulla ingenij hubertas/nullū mentis acumen ineſt? Deniq̄ ne penitus ingratitudinis arguar. In primis deo ip̄i optimo maximo gr̄as ago: q̄ venerabili ſacerdoti patruo meo digniſſimo Archip̄ſbytero mētē & animū inſpirauit: vt hoc ip̄m beneficiū mihi renueret & largiret̄. Inde vero eidē archip̄ſbytero: q̄m huiuſmōi animi ſui cōceptū ē executus. rogoq̄ ſummū deū cōtinue illi cōcedat vt plurimis maximiſq̄ muneribus me afficere valeat. Ago etiā gr̄as pietiſſimo dn̄o Cardinali/q̄ noſtræ certiſſima ſalus patriæ. Cū is patrui mei honeſtiſſimę volūtati & deſiderio obſeq̄ ſit dignat⁹. agimus idē & venerādo p̄ri vicario nr̄i Cleri maximo ornamēto: q̄m mihi ſūmo ſtudio/curaq̄ʒ diligēti collati in me bn̄ficij poſſeſſionē tradidit. Poſtremo & vobis alijs ſacerdotib⁹ reuerēdis: vobiſq̄ʒ ciuibus p̄clariſſimis. Oīa. n. a vobis in me p̄fecta ſunt: q̄ meū cōmodū/ q̄ ad honorē/q̄ ad dignitatē p̄tinerent. Itaq̄ʒ dei numina rogo/vt mihi/& meorum cuilibet dent & concedant poſſe digna præmia. veſtræ humanitati reddere. Dixi.

¶Gratiarū actio electi p̄ceptoris Senatui populoq̄ʒ mittēda. Tit. xv.

Prudētiſſimo ſenatui populoq̄ʒ Veliterno Antonius Mancinellus. Accepi hodie. V. D. lr̄as qb⁹ plectis cognoui quātā in me beniuolētiā illę afficiant̄. Nullis em̄ p̄cib⁹/nullo ambitu p̄cedēti ſpōte electus ſum & cōfirmat⁹ public⁹ litterarii ludi p̄ceptor. Q̄d ſane mihi lōge iucūdius/q̄ ſi vltro id petijſſem itaq̄ʒ p̄petuo tāti in me officij memor/talis ero vt nulli⁹ vnq̄ ingratitudinis argui poſſim. Conaborq̄ʒ in cōmunicādis doctrinę pręceptis ſumma vti facilitate: ſummaq̄ʒ diligētia. Ad eaq̄ʒ tradēda prōptus occurrā. parētis loco ſuccedā. laboris patiētiſſim⁹ libēti aīo/fidoq̄ʒ pectore/ ſiq̄d in me doctrinæ fuerit: Veniētib⁹ tradā. Quātoq̄ʒ ſciēdi cupidiores videro/eo prōptior ad docēdū. Stipēdij vero: vt in lr̄is patet: cōdit iōes accipio libētiſſime. Valete p̄rię certa ſalus. Hęc Velitris. xv. cal. Iul. M. cccc. xciiij.

¶Actio gratiarū electi pręceptoris. Tit. xvi.

Senatui: populoq̄ʒ Fulginati. Ant. Mācinell⁹. Nonis Octobribus litteræ. V. D. mihi platę fuerūt: q̄bus q̄dē publicus veſtra in vrbe āpliſſima ludi lr̄arij p̄ceptor deſignatus erā. placet vrbs ager/ciuitas: itaq̄ʒ p̄libēti aīo iſtuc aduolaſſem niſi p̄ria me iāpridē irretiuiſſet. Die. n. q̄ntodecimo ante Calē. Iul. me Senatus populuſq̄ʒ veliternus pædotriuen elegerūt. Cū triduo prius Venetijs rediēs: eo appuliſſem. Cōferūt autem p̄pterea mihi aureos octoginta. Cuilibet argēteos decē a Carolo cognomē ſortitos/ānume

rantes. Cōditionem accepi libētius, q̄ in patria. Et si mihi Venetijs adhuc morāti Sibnicenses Dalmatiæ populi Venetos aureos cētū cū domo & schola obtulissent. hęc hactenꝰ. Reliquū ē: vt. V. D. gratias agā, & habere nō desinā: eo maxime. q̄ me id etiā nō petētē inter candidatos vltro elegerūt. Qđ munus iccirco lōge gratissimū. Nō. n. is solū gratus esse debet: q accepit beneficiū: verū etiā is, cui potestas accipiēdi fuit. Dolore inde afficior voto inclytæ ciuitatis obsequi nō valere. At vbi primū occasio dabitur alias velis & equis (vt aiūt) obsecuturū cognoscite. Interim viuite: Valeteq́ felicissimi semper. Velitris octauo Idus Octobris. M. ccccxciiij.

¶ Gratiarum actio Electi præceptoris. Tit. xvij.



INclyto senatui: populoq́ Veliterno Antoniꝰ Mancinellius Aristoteles ille phoꝝ summꝰ dicere solebat amicis atq́ discipulis. Aspectū qdē a cōtinēti aere lumē accipere. Animū aūt a disciplinis liberalibus. Rogatus etiā, quo differrēt docti ab indoctis: quo inqt viuētes a mortuis. Cum itaq́ magnificētiæ vestrę, id curare nō desināt: vt iugiter atq; assidue insignis Veliterna ciuitas p̄ceptorē habeat: inde pueri atq́ adolescētes animi lumē: hoc est prudētiā bonoꝝ malorūq; sciētiā: & sapientiā humanarū diuinarūq́ rerū cognitionē haurire possint: habeāturq; viui nō mortui: id est sagaces & ꝓuidi: nō demētes, nō stulti, Laudādæ sunt maxime: qd eñ ciuitati cuiq; honori est: atq; salutis nisi optimoꝝ, studiosorūq; ciuiū cœtus? ꝓfecto nihil. Curabo igit̄: vbi me tali ꝓuinciæ pęsse decreuistis. Siqd in me virtutis, doctrinæue fuerit id oē summa diligētia oībus imptiri. Omnisq́ labor & oē studiū mihi oblectamēto erit: dūmodo me audiētibus ꝓdesse valeā: ipsiq; ꝓficere. Ad qđ ego qdem manibus & pedibus (vt in ꝓuerbio est) noctu atq; interdiu nitar. Ero q; idē minimis. Ideq; summis. oēs & eñ pari amore ꝓsequar: in oēs pari diligētia vtar. Et qa vestrę placuit benignitati me potius q̄ alium quēq; scholasticoꝝ disciplinę adhibere: gratias ago etiā atq; etiā tāto officio, tātisq; meritis: nec vnq̄ obliuioni tradā: quot quantaq; ego a senatu populoq; Veliterno hactenus beneficia multis p̄teritis annis habuerim. Itaq; paratus ero: dū vita fruar: ꝓ tali rep. vitā quoq; : nō solū fortunæ bona fundere. Mercedis deniq;, docēdiq; operę & laboris cōditiōes prōptissimo pectore ānuo atq; recipio: nil eñ mihi gratius esse pōt: q̄ & ciuiū, & magistratuū obsequi desiderio atq; menti. Deū q̄so optimū, maximū, tū mihi tū reip. nostrę fęlix: faustūq; fuerit. Valete iā: Viuiteq; fortunatissimi patres optimi: patriæ decus atq; pręsidiū. hęc Velitris. xij. Cal. Iulias. M. ccccxcvij.

¶ Responsio Electi pręceptoris docendi onus ineūtis. Tit. xviij.



MAgnificis, sapiētissimisq; pacis cōseruatoribus Oruietino populo p̄sidentibus Ant. Mancinellus. Prouidētiæ vestrę litteras (quæ. vi. Maij Cal. Oruieti scriptæ fuerant) Maij quarto nonas in patria recepi. Quibꝰ sane plectis: aduerti

oblatos mihi per annũ aureos centũ: & domũ/ & scholã/ & hypod idascalũ: aduenarũq3 discipulo℞ mercedem. Quocirca istuc accedere q̃primũ, summo studio conabor: nõ tantum mediusfidius stipendío ductus q̃ tũ summa in me Oruietenæ ciuitatis inclytæ: meaq3 in illã beniuolẽtia. Erit aũt accessus ad idus Iunias: vel citius si fata dabũt: & iter. E patria vltima q̃de Maij hebdomada Romã versus migrabo: vbi paulum moratus: habitoq3 tutiori comitatu: me Oruietum cõferam. Nulliq3 tędio fuerit meus serior aduentus. Quid enim refert mense citius vel serius venisse? profecto nihil: nihil inquã: ꝙ amissi mensis vsuram diligentia mea resarciam. quod certe re ipsa ꝓbauero. Cum & æstu: & hyeme vno eodẽq3 modo ꝓ discipulorũ ꝓfectu laborare non desinã. Interim vero Valete omnes Patriæ decus. Hæc Velitris quarto nonas Maij. M.cccc.xcviij.

❡ Electi pręceptoris responsum. Stipendij conditionem annuentis. Tit. xix.



INclytis pacis conseruatoribus: Oruietino populo p̃sidentibus Ant. Mancinellus. Platonis sententia est. In primis iuuenũ curã suscipiendã: vt q̃ optimi viri fiant. Nec eẽ diuinius aliquid: de quo homines cõsulere queant: q̃ de sui & suo℞ eruditione. Itaq3 nulli rei maiorẽ diligentiã adhibere debeat ꝓuidus: q̃ vt filium & sciũ & optimũ reddat: ꝙ scientia duce negocia & recte & bene ꝓcedũt. Scientisq3 officiũ est: non diuitis: de vnoquoq3 consulere. Ignorantia autẽ malo℞ omniũ fere causa est: & vituperãda inscitia: & stolidus habitus. Nemo igitur fęlix erit: nisi & sapiens & bonus fuerit: sic enim cunctos & amicos & familiares habebit: vtilis nãq3 & bonus erit. Insipienti vero nec alieni: neq3 ꝓpinqui sunt amici. beneq3 nati: si bene etiã nutriantur: ita demũ ad virtutẽ ꝑueniunt. Vt ergo inclytæ ciuitatis Oruietinæ pueri: his imbuantur: quæ iuuenes sapiant viriq3 & sibi: & patrię consulere possint. Iure optimo instituere maiores: vt tum scientiæ: tum virtutis hac vrbe insigni: stipendio publico pręceptores iugiter haberentur. Quod quidẽ vestra item summa prudentia exequi volens me/ licet eruditorum minimũ: anno superiori electũ pręsenti quoq3 adiecta etiam stipe irretiuit. Cũ em̃ florenos centũ & quinquaginta: cuiq3 decem fluentinis grossis annumeratis: priori munere exequẽdo: & domũ: & hypodidascalum: externorũq3 discipulo℞ mercedẽ: habuissem: adiecti sunt quattuor & quinquaginta: ea quidem ratione: vt ego omniũ curam sub mea qualicunq3 disciplina studio incumbentiũ geram: externiq3 omnes: nulla mihi ab eis tradita stipe: doceantur. Ipse vero conditiones litterarum. M. V. oẽs animo per libẽti accipio: eoq3 maxime: ꝙ alter etiam diuerso ludo discipulorum partem conductus quoq3 (ne turba infantium adolescentium studium impediret) prima docebit elementa. Daboq3 pro viribus operam. Nec ui mea quantulacũq3 docendi facultas defuerit. Singulisq3 diebus mecum proficient. Valete iã patrię lumen. hęc Oruieti nonis Maijs. M.cccc.xcix.

¶ Responsum electi præceptoris, non valentis eligentium voto obsequi. Titulo. xx.

MAgnifico & illustri Senatui, populoque fulginati, Ant. Mancinellus: Calendis Iunijs, hora diei tertia. D. V. litteræ mihi platæ fuerunt: quibus quidē litterarij ludi præceptor fulginię designabar. Solet enim ciuitas vestra inclyta id curare assidue, vt eius pueri atque adolescentes, viri euadant. quod certe ꝓbandum maxime: Plato etenim illos arguit: qui omni studio pecunijs cumulandis incūbunt: filios autē quib⁹ eas relicturi sunt negligunt. Existimatque insaniam esse: curasse primnm vt filij ex matre generosissima nascerent: deinde, vt amplum illis patrimonium relinq̄ret: eorundem vero educationem negligere. Hinc cæteris omnibus prętermissis omni studio niti quisque debet: vt q̄ sapientissimi eius filij euadant. Ad quod item & Aristippus hortatur: Melius enim esse dicebat, mendicum euadere, q̄ imperitū: ꝙ illic pecunijs, hic eruditiōe est opus: Illud autē in primis summo quidē mihi dolori accedit: ꝙ nec olim quinquennio iam prętерito inclytæ ciuitatis vestrę optatis obsequi potuerim minime: nec in pręsentia. Calendis enim Maijs hora secunda diei magnifici Oruietini conseruatores pro altero anno me vltro confirmauere: Additis priori stipendio florenis Oruietinæ monetæ. liiij. Dederāt enim mihi priori anno florenos. Cl. & domum contubernij mei: & scholam: & hypodidascalum aduenarumque scholasticorum mercedem: exceptis eorum subiectis ex comitatu: pręsenti vero, ꝙ mihi filius est annorū. xix. aptusque erudiendis pueris, florenos illos. liiij. addidere: hoc adiecto, vt externi omnes quotquot mea sub qualicunque disciplina studiū impenderint, absque mercede aliqua, edoceantur: promiserunt etiā illi, q̄ anno præterito hypodidascal⁹ meo in ludo fuerat, florenos. liiij. qui iam domi suæ, non mecū vt olim docet. Iis igit causis conditionem accepi: & ꝙ filius quoque lucraretur: & ꝙ alter conductus etiam: laboris pene dimidiū mihi demeret. fulginiam mediussidius me lubentissime conferrem, si liber essem. Nā vix dicere possem, q̄ mihi vrbis situs: ciuitatisque comitas placet: Sed cū non liceat pacta reuocare, Oruieti futuro anno superis annuentibus immorabor. Cui sane tertio idus Iunias initiū fuerit. Siqui vero fulginates pueri: adolescentes ve Oruietum peterent: illis operam meā polliceor: ac ꝓprijs filijs: maximo enim fulginatum quenque amore ꝓsequor: optoque id semper agere: quod illis & ꝯmodo, & decori accedat. Valete interim insignes patrię proceres: hęc, Oruieti Calend. Iunijs. M. cccclxxxxix.

¶ Inuitati, annuentisque ꝑceptoris petitio. Tit. xxi.

ANtonius Mācinellus illustribus fulginatū priorib⁹: Quarto nonas Maias. V. D. lr̄as accepi: fuereq̄ dē gratissimæ: ꝙ aliq̄n inclytę ciuitat voto obseq̄ valerē. Decreuerā fū̄ct⁹ hic docēdi officio, Ro. petere: vbi alias q̄nquēnio publice sū ꝓfessus si forte oīpotēti placuisset. nil. n. opto vnq̄ mihi euētorꝫ: nisi qđ ille optimū

fore ꝓuiderint. Accipio igitur dei numine oblatã cõditionẽ. At illud agẽdũ censeo: neq̃ interciperet: Oruietini ꝑsertim: q̃ hactenus me in futurũ annũ iccirco minime cõfirmarũt: ꝙ pestis hic infuit: nõ tamẽ ea: q̃ vnq̃ me ab docẽdi cura abstraxerit: Iã vere extincta est: fruticari attamen solito more posset: q̃d absit. Ne igiť aduersari possit cõmuni desiderio vllus: q̃primũ. V. D. mihi respõdeant: vt nexus priori fœdere/futuro expediar. Q̃d aũt docẽdi stipendiũ dare mihi optarem: illiusmõi fuerit. Cõtulere hoc anno mihi Oruietini florenos. CCiiij. idest aureos centũ & triginta sex: cuilibet Caroli argenteos decẽ annu merãtes/nulla dẽpta portiuncula. Soluerũt & scholæ pẽsionẽ: intus in qua & ipse habito: sic em̃ discipuli magis ꝓficiũt. Stipẽdij portionẽ p̄rata mẽse quoq̃ dederũt: illoꝝ etiã mẽsiũ: q̃bus ob pestẽ superiori anno extra Oruietũ fuerã: debetur em̃: vt scitis ex lege. Si vero senatus/populusq̃ fulginas mihi stipẽdium cõfer t florenoꝝ. CCx. nulla dempta portiũcula Donarintq̃ & vindemiæ mẽsem hoc ẽ a Septembris medio ad octobris idus. tũc em̃ in Romanis bibliothecis discipuloꝝ gratia & ꝓfectu versari soleo: quo antiq̃s codicibus euolutis Aeneida: Valeriũ maximũ: Martialẽ: Solinũ: Persiũ: & huiusmodi: quoꝝ q̃dẽ paraui iã nouas interꝑtatões: vbi oportuerit emẽdare facilius valeã. Q̃d certe Oruietini etiã cõcesserũt. Ipse & ciues & aduenas sine mercede vlla iugiter & diligẽter edocebo: afferẽt tũ ex primo more munuscula. hypodidascalũ ipse ducã est em̃ filius mihi tali officio assuetus: atq̃ idoneus. ꝑterea docẽdi munere hic quarto idus iunias defunctus ero: itaq̃ istuc intra iuniũ me cõferrẽ. Valete patriæ certa salus & decus. hęc Oruieti tertio nonas Maias. MD.

¶ Cõmendatio pristini Clientis. Titulo. xxij.



Gaudet animus/gestiunt membra omnia: dignissime domine præsentia tua. Illa enim priuatus ego mœrore assiduo & acerbo luctu conficiebar. Nunc autem e contrario lætitia omniq̃ iucunditate affluere videor. Conspicio nanq̃ meæ spem/decus tutelam/auxilium vitæ. Quocirca velit oro dignatio tua Ioanni baptistæ: cuius olim fuerat amantissima/pristinum locum/ solitam gratiam/ gratam consuetudinem reddere. Quod si fiet (vt spero) cunctis me beatiorem putauero. Agedum igitur charissime domine protege/custodi/foue/complectere/ puerum tuæ deditum deuotumq̃ fidei/beneficiorum & gratiæ perpetuo memorem. Dixi.


¶ Commendatio pueri. Tit. xxiij.



Salue pater/& gaude/munuscula duo hęc suscipiẽs frõte hilari & res & meipm̃. Careo nãq̃ parẽte: quo genitus: itaq̃ me dignatio tua inter Clientulos eius habere velit: semper em̃ illi deditus fui: tãta in ea virtus/sapientia/& clęmentia & benignitas elucet. Si ergo tot meritis viro fulgenti/ qualis tu ipse pater optime dilectus ero: nihil mihi certe optatius vnq̃ euenire potuerit. Vale & salue Diu/nostri memor. Dixi.

¶ QVINTVS Sermonũ libellus de quarundam celebra-
tione solẽnitatum continet Sermones. XI.

¶ Quadragesimæ initium: causæ: & commoda. Tit. I.



Voniã hoc patres egregij tẽpore Apostolus cecinit. Ecce nũc tẽpus acceptabile. Ecce nũc dies salutis: quo vehemẽtius vestrę humanitates pietati: hoc est diuino cultui dare operã valeãt. De hoc ipso salutis tẽpore initiũ, causas, & cõmoda breui aperiã. Qua de re quæso aĩaduertite. Illud aũt imprimis: Quadragesimę tẽpus, modũ eẽ luctus & pœnitẽtię. pœnitẽtẽ vero dũ ad Christũ cõuertit: a tenebris ad lucẽ trãsire incipit. deniq; sequẽti Dñica: qua q̃dẽ canitur. Inuocabit me: & ego exaudiã eũ. Verum hac feria quarta ieiuniũ inchoat: q̃a legit. Christũ eadẽ feria Ieiuniũ suũ cœpisse. Siue quoniã quarta ætate Salomon tẽplũ ædificauit. Nosq; quasi fundamẽtũ illius tẽpli. Q̃d e nobis cõstruit, iacimus ieiunãdo. quo in Paschate ipsi⁹ dñi tẽplũ esse possimus. Sũt & q̃ aliã causæ ratiõnẽ afferre cõtẽdũt. Tris. s. dies fuisse additos: ꝓ tribus illis quattuor tẽpoꝝ: q̃ in quadragesima locũ optinẽt. Quartũq; ꝓ vigilia Paschatis: qua ieiunare debemus. ¶ Ascribit Quadragesimæ tẽpus pœnitẽtię: cuius sane fructus Ieiuniũ, vigiliæ. corporalis spiritalisq; Elemosyna: aliaq; misericordię opa: vt oratio. Aliæ itẽ cõtẽplationis species, fletus, lachrymæ. ¶ Nec illud a mysterio vacat: Sex & quadraginta diebus nos ab ieiuniũ summo initio vsq; ad pascha in abstinẽtia eẽ: post eñ Babylonicã captiuitatẽ ãnis sex & quadraginta dñi tẽplũ fuit ædificatũ. Vnde & nos post Babylonis quoq; captiuitatẽ idest cõfusionis vitioꝝ: quadraginta sex diebus per abstinẽtiã, bonaq; opa nos ipsos deo tẽplũ ædificam⁹. Vtq; numer⁹ quadraginta sex diebus ꝑ abstinẽtiã: bonaq; opa nos ipsos deo tẽplũ ædificamus. Vtq; numer⁹ quadraginta dierũ: qb⁹ saluator ieiunasse cognoscit: impleat. Gregorij papę institutiõibus dies quattuor ꝑcedẽtis hebdomadis recipiũtur. ¶ Hoc vero tẽpore ieiuniũ incoham⁹ vsq; ad pascha sequẽtes: nõ aũt eo quo Christus ipse ieiuniũ egit: quia in quadragesima Israel populũ repsentamus: qui annis quadraginta eremũ coluit: posteaq; illico pascha celebrauit. Vel q2 homines verno tẽpore natura ipsa ad libidinẽ cõmouẽtur: ad quã fręnandã viri sagaces tale ieiuniũ instituerunt. Itaq; magis ab vitijs q̃ a cibis ieiunare oportet: licet & ciboꝝ abundãtia fomenta sint vitioꝝ. Sed quid ꝓdest tenuari abstinẽtia corpus: si anim⁹ intumescat superbia? Quã laudẽ merebimur de pallore ieiunij: si inuidia liuidi sumus? Quid virtutis habet vinũ non bibere, & ira atq; odio inebriari? Tunc deniq; ꝓclara est abstinẽtia: tunc pulchra atq; magnifica castigatio corporis: quũ est animus ieiunus ab vitijs. per ieiuniũ nãq; vitia prosternũtur

[Marginalia: Quadragesima quid. — Initium causæ. — Cõmoda. — Dies. xlvi. — Initium. — Ieiunium quale fit. — Ieiunij bona.]

virtutes augentur: humiliatur caro. hinc Eua q̃diu abstinuit/virgo fuit. vbi vero ieiuniũ violauit: in miseriam corruit: libidinis corruptiones persensit: de paradiso expulsa fuit. ¶ Porro in quadragesimæ missis illud repetitur: humiliate capita vestra deo: quoniã tali tẽpore Dæmon maxime nos aggredit. Vnde deũ suppliciter exorare: nosq; etiã illi humiles reddere/debemus. Et q̃a tẽtator ille potẽtissimus est: cũ nõ sit potestas vlla sub cęlo: q̃ ei valeat cõparari. Et sapientissimus: q̃ multa vidit. Crudelissimus vero/q̃ nõ miseretur: homo aũt infirmissimus & ignorans. Ideo vestras ad vnũ hortor/moneo/p̃cor humanitates/ad animas instituẽdas debere hoc tẽpore concionibus sacris/& diuino mysterio operã tradere. Quod certe qui faciẽt ad æterna gaudia per sæculorũ sæcula perducentur. Dixi. Dæmon ĩ nos

¶ De Pentecostes nomine: tempore: causa. Tit. ij.



Venerandi patres & domini. Cupiẽs hoc in loco aliqua enarrare: secus nõ valeo/quin trepidulus ordiar: q̃d etiã oratoribus optimis euenisse legimus. Frętus attamẽ diuino p̃sidio/paucis orationẽ absoluã/hodiernę solẽnitatis materiã tractãs. Pentecoste igitur apud Hebræos: vt pascha celebre festũ erat: q̃d sane quinquagesimo die a paschate celebratur. Vnde & nomẽ adsumpsit: pentecostos enim quinquagesimus dicitur. Fuit etiã pentecoste vectigal Athenis. Nauigãtes ẽm soluebant quinquagesimam partẽ ex omnibus mercibus. Celebratur autẽ in pentecoste solẽnitas de aduentu Spiritussancti: palam nãq; descendit tũc in discipulos: fuitq; id miraculũ & argumẽtũ q̃d Iudæi calũniari nõ potuerũt: vti resurrectionẽ & ascẽsionẽ calumniabantur. De hoc vero Spiritussancti aduẽtu idẽ agere nõ valuerũt: q̃ ex omni natione ad diẽ festũ cõuenerãt: viderũtq; Spiritũ sanctũ palã in discipulos descẽdentẽ: qui illico linguis oĩbus loquebãtur. Qua de re Introitus incipit: Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: idest Ecclesiã: q̃ dicit orbis terrarũ. Vt ẽm extra orbẽ terrarũ nil viuit: sic extra ecclesiã spiritaliter viuit nemo. Dixi p̃terea & Pascha & Pentecosten Hebræos celebrauisse/vti & nos celebramus: sed alia ratõe q̃ illi. Ab ipsis nãq; pascha celebrabat: quoniã eo tẽpore ab Aegyptiaca seruitute liberati fuerũt. Nos vero quia per Christũ redẽpti sumus. Illi pentecosten: q̃a tũc legẽ sumpsere. Nos tñ: quia spiritũ sanctũ accepimus: quoq̃dẽ me dio frui æterna vita possimus. ¶ Celebrat etiã hodie ab Veliternis Eleutherij Martyris natale: hoc est huius migratio sęculi: tũc.n. natus est deo: & cælo ad gloriã ea natiuitate/quę tẽdit ad vitã æternã: quã posse adire meritis nostris & Pontiani: & Eleutherij: & Gyraldi oratione intercedẽte Veliternis omnibus amicisq; etiam concedatur. Dixi.

Pentecoste. Pentecostes. Spũs sanctus. Ecclesia. Pascha cur. Pẽtecoste cur. Martyrum natale.

¶ De Martyre Eleutherio. Tit. iij.



Qui omnes animo virtutes penitus comp̃hendisset (vt Cicero inq̃t) oĩa q̃ facere vellet facillime tractaret. Ego vero sapiẽtissimi patres. Cũ nõ solũ virtutes oẽs: sed minima queq; me fugiat: Quid? Quid inquam exprimere possem huiusmodi

coetu dignum? Certe nihil: Cōfisus tandem cælesti gratia / vnde quidē omnium rerum magnarum principia duci debent: Diui Eleutherij laudes attingam breui. Multa enim de virtute illi⁹ dici possent: Multa de magnitudine animi: de grauitate: de constantia: Quę omnes docti atq3 sapientes summa & sola bona esse dixerunt: Multa insuper de eius ꝓbitate industria / alijsq3 virtutibus: quę neq3 dare neq3 eripere fortuna cuiq̄ potest: Multa de laude gloria / & ęternitate eiusde3 referri: quibus certe mai ora homini dari non possunt: Vnde & Cicero, inquit: nihil esse in vita magnopere expetendum / nisi laudem atq3 honestatem: Multa item sūma de pietate omnium virtutum fundamēto: Nihil enim est aliud / nisi voluntas grata in parētes. & iustitia aduersus deos. Verum ne tędio sit oratio ea oīa vobis consideranda relinqmus. De ijs hactenus. Quid aūt Eleutherius interpretet̃ benignissimi dn̄i: Strabo geographus volumine nono his ꝟbis aperuit. Tūc eleutherio / id est liberatori ioui templū construxerunt: & certamen gymnicum coronatum designauere: Eleutheria id est liberatoria ludos ipsos vocitātes. Nō iniuria igit̃ huiusmodi nomen impositum sancto fuit. primo. n. sese ab infera potestate eripuit & liberauit: Inde vero quos ad veram fidem conuertit. Postea itē nos ipsos & omnis quotquot ad eius templa se rite cōferūt: Vti iam per Xystū pontificem patuit: Deum itaq3 oro ac obsecro omnipotentem: eius Eleutherij ꝑcibus: nostroq3 merito: ęterna nos gaudia lōgo post tp̄e visere det & concedat. sed iam quod reliquum est attendite.

Bona quæ

Laus

Pietas.

Eleutherius

Eleutheria

Quæ miranda dedit quondam Eleutherius: en nunc
Expediam / referens qui genuere prius.
Ingenuus genitor: genitrix est Antia dicta:
Bis decimo autumno pontificalis erat.
Spiritus immundus sancta virtute fugatur:
Langorem immodicum sanat / & omne malum.
Felix centurio diui conuertitur ore:
Bis centum comites id simul efficiunt.
Aeneus apposito lectus tibi non nocet igni:
Non oleum / Sulphur crate calente nocent:
Feruenti euadis pingui & sartagine missus
Ardorem furni tu quoq3 vincis ouans.
Per te corrhebor coluit cœlestia præses:
Carceribusq3 cares tempora longa cibis.
Bis duo quadrupedes per te superantur acerbi:
Ad te conueniunt montibus vltro feræ.
Torua leæna tibi fuerit cum missa theatro:
Tumq3 leo sęuus / mitis vterq3 fuit.
Tu febrem purgare vales: tu regna polorum
Vsq3 collis gladio martyr amore pio.
Annua qui celebrant demum Eleutheria / possint
Te duce sydereos scandere sancte polos. Dixi.

¶In eiusdem Natali die: De beatitudine: & vitę malis. Tit.iiij.

Eleutherij sancti laudes / Venerandi & benignissimi patres: Miracula, item atque interpretationē alias diximus: hodie vero æternę beatitudinis aliqua breui expediā: vt eā cuncti adire totis viribus enitamur. Beatitudo igitur vt Boetius inquit / Status est oīm bonoꝝ aggregatione pfect⁹: quę quidē sine clara dei visione haberi non pōt: vt alij scribunt. Tantaq; est in ea lætitia: qꝑ potius sancti vellent apud inferos esse / & deum videre: q̄ in cęlesti patria sine illo. potius itē esse in pœnis / & deum videre q̄ extra pœnas / & dei visu non frui: Eam ergo lætitiā: Quis hominum viuens passim & continue: omniq; studio & labore acquirere non conetur: & hanc vitam contemnat? de qua certe Aurelius: Vita hęc vita misera. vita incerta / laboriosa: imunda: malorū domina: superborum regina erroribus plena: quam diuitię iactant: paupertas deijcit: iuuent⁹ extollit: senectus incuruat: ijsqꝫ omnibus malis: mors furibunda succedit. Beatus ergo Eleutherius hęc omnia cernens atqꝫ intelligēs beatitudinis gloriam virtute adiuit. Ad quam quidē nos etiā oēs omnipotentis gratia vitæ huiusce meritis præcedētibus martyreqꝫ orāte ducat. Dixi. Beatitudo Vitę mala

¶Diui Gyraldi epi veliterni vita atqꝫ miracula. Tit. v.

QVoniam reuerendi patres & domini idcirco mūdus fact⁹ est: vt nascamur: Ideo nascimur: vt agnoscamus factorem mundi ac nostri deū: Ideo agnoscimus / vt colam⁹: Ideo colimus: vt īmortalitatem pro mercede laborum capiamus: quia maximis laboribus cultus dei constat. Ideo pręmijs īmortalitatis afficimur: vt similes angelis effecti sūmo patri ac deo in perpetuū seruiamus. Diuus Gyraldus velitern⁹ episcopus gallicę gentis insigni prosapia natus: vt deū agnosceret / coleretqꝫ / & ꝑpterea īmortalitate afficeretur: atq; angelis similis effectus deo patri perpetuo seruiret: Natura admirabilis & exq̄sita doctrina monasterium adiit: vbi a monachis in p̄rem electus. Eius deinde fama illectus Gregori⁹ pōtifex sūmus veliterno clero episcopum statuit. Ieiunabat aūt assidue: orabatqꝫ indefessus. Erat sedulus elemosinarum largitor: viduarum & orphanorū tutor: Aegrotātiū re & verbo diligēs consolator. Vt ijs sanctissimę vitæ opibus deo gratior fieret: illiqꝫ cohęreret. Cuius rei voti cōpotem extitisse: Miraculoruꝫ varia genera quibus refulsit: nobis indicant. ¶Legistis enim eius imprecatione hostium plurimos plūbea grandine glādium formam referente (quod passim in agro adhuc videtur) oppressos. ¶Viduę filium amissos tauros (nam dormiēti matri sanctus ostenderat) inuenisse. ¶Ardentes cæreos in sepulchro sub dio & āere positos ventis procacibus & imbrium copia decidente magis ac magis accensos. ¶Benedictuꝫ bubulcum furore affectum: quoscunqꝫ obuios morsibus lacerantem: a clericis tandem ante Gyraldi sepulcrum appositum dęmonū vexatione liberatum. ¶Petrum Alberici veliterni episcopi cocuꝫ / os q̄dā in gutture natū Mundus cur. Gyraldus Plumbea grādo. Turi Cærei Furiosus Coci os

& defixuꝫ gerentẽ Gyraldi meritis illud ex gutture in eius ipsius pal mam euomuisse: quod q̈dem pueri membra oĩa imitabatur. ¶ Cęcuꝫ virũ qui prius viderat / videndi vsum recuperasse. ¶ Mulierem pri uerno oriundã cisternam castelluꝫ habitantẽ & paralyticã apud diui sepulcrum corporis & aĩę salutem recepisse. ¶ Captiuos etiã veliter norum duos ferreis vinculis astrictos Gyraldi numine solutos: quę vincula hodieqꝫ in eius sacello pendentia cunctis patẽt. Nostra etiã tempestate pro diuersorum sanitate membrorũ & hominũ & anima lium cæterorum diuersa votoꝝ munera ante sacratissimi corporis se pulcrum conferri atqꝫ suspendi ab his qui sani effecti fuerint / passim videmus. Quod nrę patrię ciuibus maximę & iucunditati & saluti ac cedit. ¶ Dormiijt aũt in dei gratia septimo idus decẽbris. In cui⁹ san ctæ memoriæ recordationẽ hodiernũ diem celebramus: Vt suis me ritis & pręcibus ab omnibus coporis & animæ periculis liberemur: Sitqꝫ hostiũ terror: Spes & subsidium patrię. Et nos etiã eius sanctissi mę vitæ vestigia imitantes / idcirco enim sanctorum memoria cele bratur / Demus operam totis viribus / Ne a vobis iustitia / patientia / fides: innocentia: castitas: abstinentia vnq̃ abesse possint. Quoniã dei cultus constat abstinentia cupiditatum ac libidinũ: patiẽtia doloris ac contemptu mortis. Qui aũt deum negligunt ea spernentes semper miseri sunt futuri. At qui colunt: semper beati erunt: ꝙ iustis immor talitas: Iniustis pœna ęterna proponit. Dixi.

Cæcus. Paralytica. Cathenæ. Dormitio. Dei cultus

¶ Pontiani Martyris vita atqꝫ miracula. Tit. vi.

Summa dicendi vi / pluribus artibus studijsqꝫ collecta / mi hi patres optimi opus esset: vt hoc solẽni die auditu digna premerem Martyris. n. pontiani diem natalem celebram⁹ qui nrę patriæ / nostrorumqꝫ oĩm portus & aura: custos & propugnaculum: tutor atqꝫ præsidium / iugiter in nostrum cõmodũ & salutem / diligenterqꝫ excubat. De cuius vitę sanctissimę operibus / non ab re fuerit pauca / e multis referre. Adeste igitur. Naꝫ & si vis illa dicendi deest. Diuus ipse dicenda dictabit. ¶ Fuit is Calphurnio pr̃e natus romanus ciuis: anno ab vrbe condita. D. cccc. lxxiiij. liberali bus artibus eruditus: veri dei cultor pijssimus: itaqꝫ a teneris dęmo nes ab humanis corporib⁹ effugabat: leprosos / diuersisqꝫ morbis op pressos sanctissimę crucis signo curans. Quocirca ad apostolicę digni tatis apicem assumptus ieiunijs / orationibusqꝫ assiduis operam im pendebat. Meritorũ fama illectus Alexander imperator sęuissim⁹ in christi seruos / pontianũ ante ipsius tribunal sisti præcepit. Queꝫ vbi nullis p̃cibus / nullisqꝫ minis a catholica fide retrahere valuit / exula re ĩ sardiniã cũ beato hyppolito vl'(vt alij scribũt) Philippo p̃sbitero coegit: Ibi tãdẽ xp̃i iesu diuin⁹ p̃co m̃ltos idolis deditos ad xp̃i fidẽ cõ uertit. Cęci. n. videbãt: mortui resurgebãt: Ideoqꝫ furore pcit⁹ ĩpator Põtianũ diuersis affectũ supplicijs obtrũcari iussit: In Sardinia igit̃ Tertiodecimo calẽdas decembris martyrio coronatus apostolicam sedem annis nouem: mẽsibus quinqꝫ: diebus duobus tenuerat quaꝫ

anno christi iesu ducentesimo trecentesimo sexto inierat. Eius deinde corpus naui impositum beatus Fabianus pontifex in italiam duxit: Viaq; appia in callysti Cœmiterio sepeliuit. longo post tpe vna cum eleutherij epi ac martyris compe põtiani reliqæ apud Tyberiæ oppidulum tra nslatæ fuerunt: ab veliterna vrbe distant milibus passuu3 decẽ/a. Chora q̃ttuor: a Nymphis vno vel circiter a norb3 trib9. Quo postea diruto veliternus clerus & populus sanctoꝝ corpora petierũt: Curruq; festa fronde auratisq; pallijs ornato vt velitras deferrẽt imposuerunt. Nymphæus autem Choranusq; populus (Nam & ipsi eadem optabant) maxime obstiterunt. Cumq; nullo pacto boues curru alligati moueri possent: Veliterni ipsi voto re3 pegerunt: polliciti.n. sunt martyrum festa vti & christi natale quotãnis celebrare/ si boues veliternam vrbem adissent. confestim igitur eo currum traxerunt. Ipsorumq3 martyrum compa sub altari marmorea quadã arca inclusa canonici posuerunt: Quartus inde Alexander pontifex quidẽ summ9 instituit veliternum populum, dominicis diebus sanctorum martyrum altare visere & venerari canonicis ibidem missam solenniter celebrantibus: Qua veneratiõe sanctus oblectatus Miracula plurima sæpe ostendit: verum e multis aliqua referam: In primis autem clericum quendam graui febre affectum pontiani numine inuocato liberatum eẽ. Clericum alterum vltra annum renum dolore maximo vexatum eiusdem martyris ope conualuisse/ Multos etiam diuersis febribus & morbis p̃ssos ante pontiani aram orationibus actis incolumes redditos. Canonicum quempiam nocte media in choro vigilantem orationibusq3 vacantem: In subterraneum postea locum columnis adhuc munitum & camuris ædificijs adeuntem/ & ad loci limen ꝑfectum luminis splendore3 vidisse: quem pati non poterat: Audisse q3 ingentem populi tumultum: vbi eũ orabat. Timore itaq3 ductu3 ex eo loco aram maximam petijsse. Deo tandem agente illorum animas/ qui in cœmiterio sepulti erant sancti meritis ac p̃cibus e purgatorio emissas/ ibi martyri sanctissimo gratias agere/ q; eius ope ęternam gloriã tũc adibant cognouisse. Iure igitur ac merito sanctissimi pontiani martyris anno quoq3 maiorum more natalem celebrare singulisq3 dominicis diebus ad eius aram puri accedere debemus q; eius ipsius meritis ac precibus ab omni perturbatione corporis & animę liberari vti iam patuit facile possumus. Dixi.

¶ Blasij martyris vita/ atq3 miracula. Tit. vij:


Elebrantibus hodie Blasij martyris solẽnem memoriam venerandi patres: iure illius miranda gesta referri debent: vt ea rite imitantes cœlestia regna tenere valeamus: adhibere igitur facilis aures. adhibete benignam mentem: breui nanq3 negocium explicauero: Blasium optimi patres mansuetudine: sanctitateq3 pollentem: Christiani in Sebaste oppido palęstinæ syriacæ regionis episcopum elegerunt. Is autem postea Diocletiana persecutione speluncam adijt: vbi solitariam vitam egit: Auibus

ei victum ferentibus: ferisq́ plurimis mansuete assistentibus. quarũ quidem siquæ ægrotarent, ad eum continuo venientes pristinam valitudinem referebant. Ab regionis autem præside missi milites ad venandũ: vbi Blasio assistentis feras capere nõ valuerunt: stupore affecti sunt & præsidi: qđ acciderat, explicarũt. Misit itaq́ milites: vt caperetur. Noctu tamẽ Christus omnipotens Blasio ter apparuerat, dicens. Surge Blasi, mihiq́ sacrificium offer. Pergens igitur cũ militibus cõtinue diuina mysteria enarrabat, multa mirabilia perpetrãs. Inter quæ: puerum quẽdam moribundũ imposita gutturi manu (in quo piscium spina trãsuerse hæserat) liberauit. Lupus etiam mulierculæ ablatũ porcum Blasij iussu rettulit. Vbi vero vrbem adijt carceri traditur iussu p̃sidis. Sequẽti luce coram eodem ductus (ꝙ illius deos dæmonia appellarat) fustib⁹ est cęsus denuoq́ in carcerẽ trusus. Mulier autẽ: cui porcũ lupus reddiderat, porci caput & pedes: candela paneq́ additis: scõ tulit. qđ sumens edit gratias illi agens: hortãsq́ vt quotannis nomine eius in æde sacra candelã offerret. sic.n. agens cõmoda plurima consequeretur. Eductus iterũ carcere (ꝙ ad gentiliũ deos inclinari nollet) e ligno suspensus est iussu p̃sidis: corpusq́ ferreo pectine laniatũ: exin carceri redditur. Iterũq́ p̃sidi relatus (ꝙ p̄staret in Christiana religione, sperneretq́ gentilem) in stagnũ deiectus est. Crucisq́ signo aqua vti arida terra stetit. Ingressi vero illuc viri septuaginta submersi fuere. Ipse deniq́ angeli monitu exiens: vt laboris coronam acciperet iubente p̃side obtrũcatur omnipotenti supplicãs vt qui ad ipsius patrocinia gutturis morbo cõfugeret: exaudiretur. qua de re vox cælo reddita est, ita fore. hæc aũt oĩa. Anno Christianæ salutis. cc. xcviij. legimus cõtigisse. Reliquũ est sapiẽtissimi: vt & nos etiã Blasij martyris gratiã cõsequamur: siue ad gutturis sanitatẽ: siue ad greges: armentaue p̄pria custodiẽda: siue ad tolerãdos pro æterna vita labores: vt ipse feci. Blasiũ veneremur Blasio supplicemus: eius q̃dem sancta vestigia: & exempla vbiq́ & rite sequentes: per elemosynam: per ieiuniũ, & vigilias: per continẽtiã tum cibi, tum potus: tũ sermonis: tũ somni: tum vestium: magis ornatum mentis quęrendo q̃ corporis. Mentis.n. ornatus est Charitas, fides, humilitas, bonitas, patientia, pax, & iustitia. Dixi.

¶ Sanctissimi Nicolai Epi vita: atq́ miracula. Tit. viij.



Icolai epĩ sacrũ natale celebrãtes sapiẽtissimi patres: & dñi: Eiusdẽ vitã sanctissimã paucis in mediũ ferre conabimur. Adeste igiť æquo aĩo. Intẽtiq́ aĩs dicẽda infigite. parẽtibus Epiphanio & Ioanna: cũ diuitibus tũ sanctissimis oritur patarę Nicolaus: ea q̃dem Lyciæ vrbs, p̄uinciæ minoris Asiæ, finis Pamphilię. ¶ Is aũt quo primũ die lauareť: in pelui stetit. Quarta: & sexta feria semel dũtaxat hubera sugebat: illa.n. ab Iuda traditus hac vero Iudæis crucifixus ẽ dñs. Adolescẽs scripturę sacrę studiosissim⁹: ꝓ errorꝫ mater ignorãtia maxime sacerdotibus euitãda est. Quũq́ ei amplissimũ patrimoniũ eẽt. in dei laudẽ & gloriã vertere nitebatur.

Pater.
Mater.
Stetit
Ieiunia.

¶Itaq; nobili vicino suo/& pauperi: trisq; filias etiaz virgines habē ti: veneriq; daturo: quo saltem & turpissimo quæstu allerentur: Aurū pānis innexū nocte concubia clam intulit per fenestram. Quo mane reperto tradidit ille filiarum maximam nuptui. ægit idem secundo: ægit & tertio. nouissime tandem cognitus (fugere enim solebat illico iactis in domū aureis) orauit illum necui talia dum ipse viueret ape= rirentur. ¶Electus deniq; Myrrhę ciuitatis episcopus inscius & inui tus: Oportet enim episcopum sobrium/prudentem/pudicum/irrep hensibilem esse: itaq; humilis in pontificatu viuebat: Orationibusq; inuigilans & frequenti ieiunio corpus suum macerabat: tollit em̄ ie= iunium: & cohibet culpam: quocirca eo cælum acquiritur. Mulieruz consortia exhorrebat: q; omnis caro concupiscit: illecebrisq; ad mor= tiferas animæ trahit voluptates. Viduarum & pupillorum negocia velut & sua curās/rapinam execrabatur: Terrena nanq; supellex sup= nę fœlicitati comparata pondus est/non subsidiuz. ¶Affecta prouin cia fame/a nautis qui triticum naui in portu habebant/exorauit mo dios centuz. qui diuisi egentibus/biennio tum victui/tum sementi fuere satis. Nautæ vero vbi frumenta emptoribus mensi sunt/nihil deesse numero inuenerunt. Tradidit autem spiritum Creatori Anno salutis trecentesimo quadragesimo tertio. Indeq; tumulatus est arca marmorea: vbi a capite olei & a pedibus aquæ fons longo tēpore ema nauit. Turcæ deniq; Myrrheam ineuntes Nicolai vrnam aperuerūt ossaq; oliuo natantia reperta/in Barion vrbem (quę ante vt legimus Iapix dicebatur/a dædali filio. a quo & Iapygia regio calabrię iuncta) reuerenter attulerunt: Anno quidem Christi Millesimo/Octogesimo septimo. ¶Tanti vero numinis extitit. vt & nautis periclitantib⁹ in uocatus opem attulerit sæpenumero. Quumq; vir q̄dam ab iudæo pecuniam mutuo accepisset: iuratus in Nicolai sanctissimi ara Cum primum posset redditurū: Diutius deniq; eam retinens ab iudæo sæ= pe vt restitueret orabatur. dumq; restituisse assereret: in ius accitus/ baculum auro infuso creditori tribuens: quo iurare coactus periuriū euitaret: Iurauitq; plus satis etiam reddidisse: pręstito iuramento ba culum ab eodem resumpsit. Rediens vero domum versus/in biuio constitit: vbi somno grauatus corruit: Currusq; eum impetu fluens oppssit/baculum auro plenū effringens. Iudęus inde id resciens eo ac cessit: noluitq; aurum sumere: nisi defunctus ille Nicolai meritis ad vitam reuocaretur: asserēs si id fieret: sacrum baptisma subiturum sta tim igitur ille reuixit: Iudæusq; sacri baptisimatis gratiaz fide meruit. ¶Iudęus alter Nicolai miraculis credens/illius imaginem domi ha bebat: Cui quidem longius abiens/res omnis minitando tamen/iu giter cōmendabat inquiens nisi cuncta seruasset: verberibus & flagris afficiendam. Venerunt: fures: cunctaq; exportarunt imagine solū re= licta. Rediēs ille imaginē dire flagellat: qua de re diuidentibus bona furib⁹ Nicolai imago astitit flagellata. illis quęrētib⁹/q̄snā eēt respō= dit Nicolaū esse Christi seruū: Cui bona iudęus: quē depilauerant: cō

Pauperis filię

Episcopus

Frumentum.

Tumulus

Barion

Iudęus.

Iudęus alter

mendarat minitans vehemēter/nisi illæc asseruasset. flagellauit igit/ q rapi omnia siuerat: itaq3 nisi q̄ primum reddita fuissent: eos prope diē punitū iri. his moniti atq3 territi fures cuncta iudęo illico rettulerunt. Indeq3 & ipsi meliores effecti: & iudęus Christi fontē ingressus: Baptismo etem pœna omnis: quæ p̄ peccato debetur: penitus tollit.

Discipulus ¶ Vir quidam filij nomine lr̄as ediscētis/Nicolai natalē solēniter celebrans/conuiuium Sacerdotibus apparauerat: Venit spūs ille hūani generis hostis acerrimus/apud ianuam habitu peregrini cibaria petens: Iussit itaq3 pater filio/q̄ primum illi victus exhiberet. accurrit puer: neminemq3 inueniens/vlterius p̄secutus est illum: vbi vero in compitum appulit: eū malignus spiritus anxit: habet em̄ diabolus mille nocendi artes: nec vlla potestas est sup terrā: quæ cōparetur ei. Quod pater accipiens lecto puerū collocauit ingemens vehementer: vbi quidem in Nicolaum versus/illa dicebat: hoccine est meę in te pietatis præmiū Nicolae sanctissime/hoc ne? his dictis atq3 eiusmodi pluribus/surrexit puer incolumis & illæsus.

Filius ¶ Vir nobilis Nicolaum sæpe orauerat: vti a sūmo oīm creatore filium ei exoraret: pollicebatq3 filium ad ipsius ædem cū aureo scypho ducturum. Nato filio atq3 adulto/Scyphus efficitur: quē tamē (pulcherrimus em̄ erat.) penes se habere decreuit. itaq3 alterū neq3 minoris conflari fecit. Nauigantibus inde ad diui ædem, iubet filio pater/vti priori scypho aquā afferret. Volens igit obsequi puer/in mare cum scypho decidit nusq̄ apparens. pater deinceps votū persoluens ad Nicolai aram p̄uenit: ibi secundum obtulit scyphū: d'ssiluit tn̄ ille ex ara tanq̄ eiectus: Idē secundo: idem & tertio accidit: Mirantibus id cunctis astantib9 aduenit cū scypho puer exultās & lætabundus: narrauitq3 statim submersum a nicolao exceptum eē. Quo circa pueri pater haud mora vtrunq3 Scyphum benigno numini obtulit.

Filius ¶ Beatissimi Nicolai merit's filium quoq3 diues quidam habuerat: hac re igitur diuo sacellum domi sue dicauerat: vbi sane quotānis solenniter Nicolai natale celebrabat. Captus deinde filius est clam patre: Regiq3 in obsequiū datus. Sequenti anno dum diui solennia solito ritu a/ parentibus celebrātur: puer ipse cū aureo scypho regi assistens/solitæq3 celebritatis haud immemor/ingemiscebat. Cuius causam vbi rex intellexit: Agat inqt Nicolaus tuus vt volet: tu hic eris: Illico postea repētino turbine, domū concutiente puer cum scypho rapitur: Anteq3 nicolai fores/vbi parētes solennia celebrabant appositus/ non sine parentum & cognatorum gaudio summo. Possem & plura sapientissimi patres beatissimi Nicolai: tū prisca: tum hodierna referre miracula: Verū ne tędio longa esset oratio alias si licuerit/enarrauero.

Miracula cur. ¶ Illud aūt prætereundum minime censeo. Si quis forsitan peteret: Cur deus miracula faciat respondi debere: triplici causa: primum vt alicuius sanctitatē ostendat: quē vitæ meritis p̄ponat alijs in virtutum exēplar: vti de Nicolao & alijs egit: Secundo vt fidem approbet/vt gentes credant. Tertio vero p̄p p̄dicatæ veritatis confirmationē: qua certe rōne miracula/signaq3

facta sunt apl'is pdicantib⁹: virisq; apl'icis. ¶ Ceterum, q nouit de⁹ mu tare sententiã, siqs nouerit emendare delictũ: Nicolai sanctissimi vi ta nobis ducatũ pstet, vt illũ ieiunijs, orationibus, pietate, doctrina humilitate: pudicitia: abstinentia: Continentiaq; imitantes omissis flagitijs, Vna cũ illo angelorũ choris interesse, pñtemq; dei vultum cernere valeamus: q finis hois est ipsa beatitudo: q̃ qdez in dei visio ne consistit: repletq; aiam bonis omnibus: Nec est aliud ęterna vita: nisi cognoscere verũ deũ incõpręhensibilem spũm. Dixi.

¶ Gl'iosę Marię virginis semp: Assumptio cur celebrãda. Tit.ix.

ET iure & merito sapientissimi pres: anno quoq; huiuscemo di celebritatem: senatus: populusq; velitern⁹: & colit & ve neratur. hodie enim semper gloriosa vgo Maria cęlos ascẽ dit: vbi cum christo regnat in ęternũ hodie nobis omnibus eius agentibus meritis & salus & virtus, honor & gloria aucta fuit. Merito igitur omnis orbis, nostraq; ciuitas inclyta potissimum, gau dere: iubilare: exultare: lętari debet. Beatamq; virginem egenorum pfugium: laborantium portum & auram: hymnis & dignis pręconijs laudare, extollere: venerari. hęc enim illa est: quę post Christi filij sui, redemptorisq; nostri abscessum, Virgo sancta corpore ac mente pmã sit. quã angelus Gabriel intactam custodiuit quã Ioannes apostolus virgo virginem seruauit. Hęc illa est: cui angelus multo cum lumine astitit: cui etiam inquit. Aue regina mũdi: Me filius tuus ad te misit: qui te genitricem reuerendam expectat: Itaq; die tertio cęlestia regna ascendes. Oẽs aũt apostoli ad te prius conuenient: in quorũ cõspectu spiritum deo reddas: qui & tibi funeris exequias celebrabunt Hæc il la est: quę cacodęmonum supbiam sua hũilitate contriuit. quæ deũ & hoĩem pepit. Cui etiã expiranti Iesus oĩpotens cum angelorũ, sancto rũq; cœtu affuit: Illiusmodi verbo dicẽs: Veni electa mea, te in thro no meo ponam, q speciem tuam concupiui. Hęc illa: cuius angeli ex equias celebrarant: Cui cęlorũ vniuersæ curię congratulabant. quam omnis cęlestis ordo colit & venerat. cuius aĩa ad cęlos vsq; ab angelis cum hymnis & laudib⁹ sublata fuit. Hęc dei genitrix: cui cęlorum mili tia cum suis agminibus obuiam iuit, ineffabiliq; lætitia exultauit. Non ab re quidem: quę enim nobis annua celebritas, illis omnibus facta est continua. Nam & si in Vallis iosaphat medio: quę vallis est inter syon & olirueti montem posita, Marię sepulcrum monstrat, vbi etiam in eius honorẽ ædes miris lapidibus strata, gloriose tñ cũ cor pore ipso ad cælestia regna prexit. vbi cũ Christo beata immortalitate vestit. Vt enim fuit prę cæteris gratię plena, ita & gloriæ esse debuit. Ne quę merito prę oĩbus sancte viuẽtib⁹ donata est gratia, mortem mi nueretur. Ipsa nãq; fuit: que filio ei purissimo sanguine suo corporea membra dedit. Ipsa quę nouẽ mensibus vtero portauit: quæ peperit: quę pãnis inuoluit. quę lacte pauit. Ipsa quę iesum vehementer dilexit coluit: primaq; adorauit. Ipsa ergo dignissima cum filio regnare cum corpore ẽt ad cęlum assumi. q putredo & vermis humanæ est oppro

brium cõditionis: a quo certe Mariæ natura excipitur: quam Iesus de a assumpsisse probatur. Itaq; & nos eã laudare & venerari quotquot annis ac maxime luce conemur. Cum illa sit/per quam omnis maledictio soluta fuit: per quam cælestis benedictio venit in mundum. Cum illa sit/quę pro nobis peccãtibus assidue intercedat Regina misericordię. Ad quam profecto confugientes: ab omni morbo/ab omni peste/ab omni corporis animęq; periculo tuti esse valemus. Inuocabimus ergo gloriosæ Mariæ tutum præsidium: quo filij sui gratiã hac vita mereamur. Altera vero sempiternum gaudium consequamur. Dixi.

¶In Mariæ virginis assumptione exultandum pluribus quidem causis. Tit.x.

SI hodie cunctis Veliterna in vrbe/ vijs plateis/ domibus: pueri/iuuenes/viri seniores/nuptæ/vidus/virgines: gaudent/lætãtur/exultant: Optimi patres & domini. Nullus profecto/nullus indignatione aliqua affici debet. Veruntamen toto pectore vnusquisq; conari/vnacum angelis sanctorũq; cœtu. Beatæ Mariæ summi dei matris optimę ad cælestia regna assumptionem summa lætitia/debitisq; obsequijs celebrare. Contulit nãq; sacrata virgo hominibus perditis sempiterna dona: Redemptorem scilicet: quem sacratissimo vtero portauit. Frequenter etiam inter sęculi ærumnas miseros homines aspicit & tuetur. Pro nobis iugiter ad dominũ filium suũ orationes & pces dirigit. O gloriosa genitrix: cuius visceribus fuit cæli/terręq; author ꝯmissus. O fęlicissimũ puerperium: lætabile angelis/expectabile sanctis necessariũ perditis. Tu ergo beata gloriosaq; Maria laudabilis inter omnes mulieres. Tu ad fontem perennis vitæ: Tu ad paradisi amœnitates & trahis & ducis errantes. Tu gentium mater. Tu dei genitrix. Tu nutrix. Ex te natus qui te creauit. A te gestatus qui te formauit. Tua suxit hubera/q̃ ipse impleuit. Senatum igitur populum q; Veliternũ: oro ac obsecro/vt magis ac magis gloriosissima dei mater aspicias & defenses: quo tuã valeat assumptionem singulis annis maiori cum gaudio celebrare. Deoq; patri/& creatori nostro gratias agere: qui tanto nos amore ꝓsecutus est: vt propter nos homo fieret: ꝑpter nos varijs & acerrimis cõtumelijs afficeretur. Exultemus itaq; vna omnes festum virginis solẽne cum hymis & laudibus celebrantes Veliterni ciues: reiq; publicæ patres optimi. Dixi.

¶Immaculatæ virginis Assumptio deuotissime hilariterq; celebranda. Ti.xi.

AScendi locũ magnifici domini/summa qua in beatã dei genitricem Mariam virginem intemeratam/pietate & veneratione afficior. Adeste igitur: & quæ in hodiernæ celebritatis decus & laudem narrauero/æquis benignisq; auribꝰ audite quæso. Beata gloriosaq; virgo: cuius hodie festa colimus/diuinis est efferenda pręconijs. Nã hodierno die gloriosa migrauit a cor=

pore: vbi cum senatoribus cæli intra paradisi curiã cõuersatur. Ascẽdit enim multis circũdata sanctorꝝ agminibus cum laudibus & canticis spiritalibus. Sola ꝙ est: quę interemit vniuersam hereticã prauitatẽ. Sola post deũ, nos omni in veritate cõfirmat. Sola meritis suis & ꝑcibus auxiliatur. Perseuerãtes igitur vnanimiter in oratiõe & charitate meditemur mãdata dei. quo, videlicet æternę vitę gaudia & nos intrare possimus: ad quę beata virgo fęliciter hodie introiuit. Quę dei genitrix electa, dedit cęlis gloriã, terris domini pacẽ, fidẽ gentibus: finem vitijs vitę ordinẽ: moribus disciplinã. Quicquid etiã maledictionis infusum erat per euam illam: Mariæ abstulit benedictio. ijs itaq; meritis: iure senatus populusq; Veliternus: ad vnũ: per singulos annos hunc diem expendat in laudẽ: & cum gaudio celebret deuotissime ꝙ hic est dies ille: pręclarus: in quo exaltari super angelorum choros immaculata mater & virgo meruit. De qua natus est ipse de⁹ & homo: saluator hominũ perditorum. de qua etiam cunctis misericordia omnibus perfluxit & gratia. Dixi.

¶ SEXTVS Sermonum libellus: de religione: de incarnatione. de natali Christiano. Continet Sermones Septem.

¶ De sacro deorũ immortaliũ cultu causæ. De incarnationis ratione q̃dam. De natalis tempore Christiani aliqua. Titulo. I.



SVscipere debet onus officij quilibet: q̃d se putat sustinere posse. Qua de re sapiẽtissime ꝑtor: iudexq; æquitate pollens: priores optimi: Vosq; alii ciues magnifici: horreo in ꝑsenti aliq̃d dicere. Cũ nullus in me dicẽdi ornat⁹: nulla sit orãdi facultas. Verũ ne silẽtio tẽpus omne ꝑtereat: de sacro deorꝝ ĩmortaliũ cultu: Deq; incarnatiõis ratione: & natalis tẽpore filij dei q̃dã paucis expediã: si diligenter attẽdi videro. ¶ Duplici q̃dem causa solẽnia festa: Deorũq; cultũ maiores instituerũt: Vt scilicet hoĩbus: q natura ipsa laboribus ꝑmũtur innumeris: laborꝝ remissiones concederẽtur. Vt etiã dijs ipsis honorẽ hoĩes redderẽt. Debet em̃ venerari quicq̃d excellit. Dei aũt est eximia q̃dã ꝑstansq; natura: vt ea debeat ipsa ꝑ se: ad se colendã allicere sapientẽ. Quapropter deũ venerari: & colere debem⁹ eoq; maxime: q̃d dei prudẽtia mũdus administratur: & illa cõsulitur rebus humanis. Cuius ꝓfecto numini parent omnia. De cultu hactenus. ¶ Cęterũ ꝑcipua ratio incarnationis filij dei: fuit redemptio humani generis lapsi. Venit enim filius hominis: quo saluũ faceret: q̃d perierat. Nã si homo ad imaginẽ & similitudinẽ dei factus in suo honore mansisset. Creator mundi creatura nõ factus esset: Aut æqualis deo patri dei filius formã serui nõ accepisset. Immẽsa igitur charitate

Festorꝝ causæ.

Deus venerandus.

Incarnationis ratio.

deus: vt seruũ redimeret: filium tradidit. Indulgentiæ quidẽ & gratię fontẽ: qui per ꝓphetas oẽs illuminator & doctor humani generis ꝑdicabatur qui virtus dei: qui ratio: qui sapientia eius & gloria. qui in virginẽ delapsus carnem spiritu sancto cooperante indutus est. Nã qđ homo est: esse Christus voluit: vt & homo possit esse: qđ Christus Agamus itaq; omni cura deposita redẽptori nostro gratias: quę merito & haberi & agi debent. ❡ Anno autẽ ab vrbe condita Septingentesimo quinquagesimo secũdo: Imperij vero Augusti Octauij anno secũdo post quadragesimũ Christus dñs in Bethleem natus est. Quo certe anno Cæsar Augustus ab oriente in occidentẽ: a septentrione in meridiẽ: ac per totũ oceani circulũ cũctis gẽtibus vna pace cõpositis Iani portas tertio clausit. Quibus dieb⁹ transtyberim olei fons ex terra manauit: perq; diẽ integrũ largissimo riuo fluxit. Gentibus denotans Christi gratiam: Cuius qdẽ aduentũ pax illa secuta est. In cuius etiã ortu Angelus quidã pastoribus illa inquit. Nũtio vobis gaudiũ magnũ: qđ erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator in ciuitate Dauid. Exultantes inde angeli plures vna canebant: Gloria in excelsis deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quibus auditis pastores fide & pietate affecti, Christũ natũ illico quæsiuerũt relictis ouibus suis. Inueneruntq; infantẽ positum in præsepio. Inde reuersi ad gregem, deum maxime celebrantes. ❡ Cum pastoribus igitur & angelis exultantibus pro tam amplissimo munere iã suscepto nos etiã gaudeamus. Neq; eñ fas est: locũ esse tristitię: vbi natalis est vitę. Iesus autẽ senatũ populũq; Veliternũ nutu suo augeat & defenset: Vtq; olim in pace natus: pacẽ Christianis omnibus velit esse: ꝑsentia bella Gallica occultas peccatorum punitiones auertens. Reliquum est ꝑtor illustris. Iudex æquissime iustitiam diligens: obhorrẽs iniquitatẽ: Vosq; alij ciues amplissimi: vt Veliterni senatus nomine vestris humanitatibus gratias agã: hilari enim fronte huc cõuenistis quo simul omnes Christi saluatoris natale cũ summo gaudio celebremus. Publici autem ærarij quęstor, q; minime qua decuit rerum copia vestras dignationes acceperit: veniam poscit: haud enim voluntas: haud animus defuit: sed temporis opportunitas Gallici belli tu multu vt nostis. Dixi.

Christi ortus. — Iani portæ — Olei fons. — Angelus. — Gloria in excelsis.

❡ Dies festos tripliciter a fidelibus venerãdos. Corde: ore: & ope. Inde de natali Christiano aliqua. Tit. ij.



NOn capiũt angustię pectoris mei: nõ īfirmitas ingenij substinet viri clarissimi: Qđ hoc solẽnissimo die dicẽdũ par eẽt. Fret⁹ deniq; Cœlestiũ ope. De sacroꝝ dierũ cultu, & natali Christiano paucis ea expediã: q̃ audisse neminẽ (vt puto) pœnitebit: dũ me diligẽter audierit. Animaduertite igit. ❡ Tripliciter a fidelibus corde, ore, & opere venerandi sunt festi dies. Corde: vt vnusquisq; cogitatiõe rerũ malarũ abstineat. Et memor sit dei altissimi, beneficioꝝq; eius. Nã ideo nascimur: vt ipsum factorẽ rerũ omniũ contemplemur: idest mente cernamus, colamus, & veneremur.

Corde qđo. — Nati cur.

Qui nos ideo generauit: vt ei seruiamus. Seruire autē deo nihil est aliud / q̄ bonis operibus tueri: & conseruare iustitiā. Iccircoq̧ soli animātium ad cæli aspectum erecti sumus: vt summū bonū nostrū idest immortalitatē quæ est regni cęlestis hęreditas: in summo deo esse credamus. Et ideo religionē soli capimus: vt ex hoc sciamus humanū spiritū nō esse mortalē: ꝙ deū: qui est immortalis desiderat / & agnoscit. Nihilq̧ prodest hominē esse fictum: vt recto corpore spectet in cęlum nisi recta mente deū cernat: & cogitatio eius in spe vitę ꝑpetuę versetur. Seruire deo. Recti cur. Immortalitas Religio cur nobis.

¶ Ore aūt vt malis verbis abstinēdo. Deū ipm oremus / laudemusq̧ simul. Susceptisq̧ beneficijs gratias illi agamus: tunc em̄ nihil aliud est agendū: nisi in hymnis / psalmis / & canticis spiritalibus deo vacādum. Nam ideo sermonē solus homo ꝑter cęteras animātes accepit: ac linguā cogitationis interꝑtem: vt enarrare potestatē[?]. Domini sui possit. Qui pater ideo appellatus est: quia nobis: & multa & magna largitur. Dominus ideo: quia castigandi & puniendi habet maximā potestatē. Itaq̧ amare eū debemus: ꝙ filij sumus. Et timere: ꝙ serui. Solus pater vocādus est: ꝙ creauit. Solus dn̄s nūcupandus / ꝙ regit. Ore quō. Sermo cur Lingua. Deus pater. Deus dn̄s. Pater. Dominus.

¶ Opere tandē: vt malis operibus abstineamus / visendo tēpla & sacras ædes: diuinaq̧ audiēdo. Auditus em̄ nobis ideo datus est: vt dei doctrinā ꝑcipere possemus. Itaq̧ si voluptas est audire cantus & carmina: Dei laudes canere & audire sit iucūdissimū. Imperādūq̧ aīo ē: vt tunc voluptatibus abstineat: quū in illas omnis turba procubuit. Nā irreligiosa cōsuetudo est: quā vulgus per sanctoꝝ solēnitates agere cōsueuit: populi enim qui deberent officia diuina attendere (Cum sacrificiū sit laus & hymnus: cultusq̧ dei cōstet abstinentia cupiditatum atq̧ libidinū / patientiaq̧ doloris) Saltationibus & tripudijs in uigilantes cantica etiā indecentia efferunt: honesti & decori omnino immemores: Maronisq̧ etiā & Tibulli gentilium poetarum obliti. Quoꝝ alteri canitur. In primis venerare deos. Alteri vero illud: Omnia sint operata deo. Quem quidem debemus omnes amare: ꝙ pater est: Vereri / ꝙ dominus / honorificare ꝙ beneficus. Metuere / ꝙ seuerꝰ Qua de re: Spes omnis vitę / ac salutis / in sola dei religione sit posita. Opere quō. Auditus cur. Vulgi īpietas Sacrificiū qd. Deus amādꝰ. Religio

¶ Sūt igit̄ fragilia cōtēnēda / vt solida cōsequamur. Spernēda terrena vt cęlestibus oneremur. Tēporalia fugiēda: vt ad æterna veniamus. Erudiat ergo se quisq̧ ad iustitiā: firmet ad cōtinētiā oīm virtutū fastigiū: ꝑparet se ad agonē & certamē: Instruat ad virtutē. Vt si forte aduersarius indixerit bellū: nulla vi: nullo terrore: nullis cruciatibꝰ ab recto & bono diuellat̄. Verū & solū deū rectus cognoscat: abijciat voluptates. quarū illecebris anima sublimis ad terrā deprimit̄. Teneat innocētiā: ꝓsit q̄plurimis. Vt possit deo iudice ꝓ virtutis suę meritis: vel coronam fidei / vel præmiū immortalitatis adipisci. Docent em̄ diuinæ litteræ non extingui animas: sed aut ꝓ iustitia pręmio affici: aut pœna pro sceleribus sempiterna. Nec etenim fas est aut eum: q sceleratus in vita fęliciter vixerit: effugere quod meretur. Aut eum qui ob iustitiam miserrimus fuerit / sua mercede fraudari. Quocirca Quid agendū Cōtinentia. Animarū remuneratio.

semper ita viuamus: vt rationem nobis reddendã arbitremur. Imitemurq3 viros sanctos: quorum idcirco solẽnia celebramus: Vt eorum gesta recolentes conemur eos, quantũ possumus imitari. ℂ Potissimũ vero Christi iesu veri dei & hominis præcepta seruantes. Qui cũ superius esset: descendit vbi homo erat: Vt eum reuocaret vnde ceciderat. Et verbum caro factum est: Vt deus & homo inter hoĩes esset. Vnde crastina luce pro hominũ redemptione inter bouem & asinum collocabitur, creator a creatura genitus: In cęlo cu3 patre sublimis & incorruptus: in terra cum matre & in ꝓsepio humilis & corruptibilis Quem ipsum vt genuit, mox adorauit. Dixi.

Martyrum festa cur. Christus cur natus. Cur de⁹ fact⁹ est homo

ℂ Natali die Iesu Christi gaudendum eẽ, & sanctificandum. Cur dei filius anni fine voluit nasci: Cur in dominica: Cur nocte. De trib⁹ missis celebrandis. De sacris vigilijs: De vigiliarum & orationis fructu. Titulo tertio.



Magnus ab integro sęclorum nascitur ordo:
Iam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna:
Iam noua progenies cælo demittur alto.
Occidit & serpens: & fallax herba veneni
Occidit. assyrium vulgo nascetur Amomum.
Aspice venturo lętentur vt omnia sęclo.
Mater aue summi Virgo immaculata tonantis:
Virgo pari numen reddens mortalibus astra.

ℂ Vtinam mihi, hodie sapientissime ꝑtor: Iudex ęqssime: Priores magnifici: vosq3 alij ciues insignes, Pisistrati facundia exhiberet. q dicẽdo tm̃ valuisse traditus est: vt ei athenienses regium imperiũ oratione capti permitterẽt. Aut Pericles essem: qui sub Anaxagora pręceptore, summo studio ꝑpolitus liberis athenarum ceruicibus iugũ seruitutis imposuit. Sic enim ego valerem forsitan vestras apud dignationes inclytas, digna aliqua enarrare. Verum & si nulla in me dicendi facultas: cælesti tamen grã fretus: humanitatumq3 vestrarũ pręsidio: quędam memoratu dignissima de Natali dominico in ipsius diei cõmendationem breui aggrediar. Dicam siquidem cur deus factus est homo. Natali die Iesu Christi gaudendum esse, & sanctificandũ. Cur dei filius anni fine voluit nasci: Cur in dñica: Cur noctu. De tribus missis celebrãdis. De sacris vigilijs: De vigiliaꝝ & orõnis fructu adeste igitur. ℂ Exultant mihi ꝑcordia, & membra oĩa saliunt clarissimĩ dñi: recurrit n anq3 Mãtuani poetę illud: Iam noua progenies cęlo demittitur alto: Aspice vẽturo lętentur vt oĩa sęclo. Illud ecclesię militãtis: Crastĩa die delebit iniqtas terræ: & regnabit sup nos saluator mũdi. Illd̃ exodi: Hodie scietis, qa venit dñs & mane videbitis glĩa3 ei⁹. Illd̃ btĩ Hieronymi: hodie ver⁹ sol ort⁹ est mũdo: hodie in tenebris sęculi, lumen ingressum est. Deus factus est homo: vt homo deus fieret formam serui domin⁹ accepit: vt seruus verteretur in dñm. Cęlorum habitator & cõditor habitat in terris: vt hõ colon⁹ terrę migraret ad cęlos. Quãta ergo lętitia, quãto gaudio: quãta hilaritate humanum

Pisistratus. Pericles Deus cur hõ.

genus affici debet hodie. Cum redemptorē dominū nostrum Iesum Christū sequenti aurora visuri simus? Oportet itaq; esse nos sanctitate puros: pudicitia mūdos: honestate nitidos: ad sacras ædes frequētius cōuenire: confessionē delictorum purissime agere. Vtq; redemptoris natiuitate angeli sanctę Trinitati cōgratulātur. Nos quoq; & illi congratulari. Nō quidē ebrietatibus: non impudiciciis: non ludis & alea: casuue tabulæ blasphemiis & piuriis. Vt pene per totum terrarum orbem praua cōsuetudo solet. Gentiles Romanos imitans. Nā Saturnalibus eodem mense pueri nucibus ludebant: & alea viri. Qd sane Epigrāmatū scriptor ostēdit. Cū ait: Ne aleam sectaretur Carminibus se operā impendisse. Nos vero Christiani veræ salutis: verę fidei docti & periti ab luce ad tenebras: a tenebris ad lucē sequimur aleā legibus vetitā. Cūq; ecclesia cantet: Te deū laudamus: vt indicetur: exultare nos cū angelis/ & cōgratulari redemptoris natiuitate. Cantet et Benedicamus domino. Illudq; moneat sanctificamini hodie: & estote parati: quia die crastina videbitis maiestatē dei in vobis. Dum luditur totā noctem. Quasne laudes/ benedictiones / sanctificationes agimus? Nō iniuria igitur illud efferre possum. O stultas hominū mentes O pectora cæca. ¶ Christus aūt in fine anni voluit nasci: quo se ostenderet/ vltima mūdi ætate venire. Sexta feria cōceptus. Dominica natus. Sexta feria crucifixus. Dominica resurrexit. Vt qui sexta feria plasmatū perdiderat. Sexta feria liberaret. Et quia dixerat: Dominico die: fiat lux: eodē venit oriens ex alto: vt nos illuminaret. ¶ Noctu vero is natus est: vt se sub carne latentē venire significaret. Vel ad illustrandā noctem & tenebras nostras: habitantibus enim in vmbra mortis: lux orta est eis. ¶ De missæ quidē officio: illud ptereundū minime. Qd Thelesphorus papa instituit Redemptoris natiuitate debere cantari tris missas quo pateret: Christi ortū triū temporum patres saluare. Patres inquam ante legē: sub lege: & post legem. Prima deniq; media nocte canitur: q; qui ante legē fuerant: non fuere aliqua lege illuminati. Secūda vero diluculo: q; sancti patres & prophetæ: q fuere sub lege scripta: aliquantulū dei cognitionem habuere: verū non quanta habetur hodie. Tertia autem missa hora clari diei tertia celebratur: quoniam illuxit nobis dies redemptionis nostræ. Prima igit missa est de æterna genitura: de patre scilicet sine matre. Secunda de promissione antiquis facta: de genitura scilicet a matre sine patre. Vnde cantatur: Lux fulgebit: non fulsit: aut fulget. Tertia est de veritate nobis exhibita: quæ de vtraq; agit. Vnde canitur: Puer natus est nobis. Isaiæ capite nono. ¶ Si quis adhuc peteret: quam ob rem dies solēniū dierum pręcedentes: Vigiliæ appellantur: & in eis ieiunium facimus. Respōdetur/ vigilias dici: q; olim diebus solēnibus duo nocturna agebantur officia. Populus autem totam diuinis laudibus noctem in ecclesia vigilabat: vti & nunc maxime fieri solet: Vbi saluatoris nostri Iesu: Antonii magni: Luciæue natale aduenerit. Sed qa lusores Cantoresq; simul eo conueniebant. Turpibus cantilenis po-

Sanctificādū esse.

Gaudendū quomodo.

Saturnalia.

Christus cur āni fine natus.

Cur dominica natus.

Cur noctu.

Missæ cur tres

Prima.

Secunda.

Tertia.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Vigilię cur.

tionibus/fornicationibusq; inuigilare cœperunt: propter ista: multaq; alia non decentia: quę fiebant: huiusmodi vigiliæ interdictę fuerunt. Institutũq; inde earum loco Ieiunia fierent: quę sane adhuc retinent officij nomen: vigiliæ nãq;: non ieiunia nuncupantur. Ieiunandum igitur/& honeste in sacris ædibus vigilandum vtiq; est: vt propterea mundi ac puri filium dei digne aspicere & suscipere mereamur Beati enim sunt serui illi: quos dominus inuenerit vigilantes. Neq; debemus aleæ pernoctare turpibusq; appellere animũ: nulla summi tonantis habita reuerentia fandi atq; nefandi memoris. Mente atq; ratione cuius omnem mundum administrari & regi censent philosophi magni & nobiles. Eoq; magis ad virtutem cuiq; nitendum est: & scelera fugienda: q nil deo latet: nihil deo clausum est. hinc Zeno interrogatus: lateret ne deos homo male operans: ne cogitans quidem inquit. ¶ Vigilando deniq;: ieiunando & orando timor omnis excutitur: fiducia nascitur: caro maceratur: vitia tabescunt. charitas roboratur. Recedit stultitia: accedit prudẽtia. mens acuitur. error obtunditur. Criminũ caput Sathanas gladio spiri⁹ vulneratur. Quid igit hac vtilitate magis necessarium? Quid istis lucris cõmodius? Quid hac fęlicitate beatius? ¶ Cæterum q excellentia tua benignissime prętor summa cum hilaritate & regifico luxu. Senatũ populũq; Veliternum acceperit: in immẽsæ memoriã charitatis/& dominici laudem & gloriã natalis. Totius nomine ciuitatis huiusce Veliternę gratias tuæ agim⁹ amplitudini infinitas. Cũq; referri nõ possint. Deũ q̃sum⁹ omniũ creatorẽ: virtutũq; memorẽ: & pietatis: vt Magnificentię tuę ęterna frui vita lõgo post tẽpore ad votũ ꝓcedat. Tribus ẽm qđ cuiq; cõuenit: es iustus/prudẽs/fortis/publici amator boni. Quocirca Veliternis omnibus concordiam & amicitiam paris. Dixi.

Ieiunandũ est Vigilandum. — *Deo nil latet.* — *Vigilandi & orãdi fructus.*

¶ Religionis autores primi. Cur dij ex hominibus facti. Deũ timendũ & venerandum. Iræ effectus. Iusti & perfecti viri officia. Natali Christiano sobrie/pie/& caste viuendum. Tit. iiij.


Eloquẽtissimi cuiusq; facũdia mihi hodie opus esset viri q̃ optimi quo vestris omnino auribus satisfieret. Non enim mediocri vir ingenio id vnq̃ pstare poterit. Si tamẽ beniuolos mihi: attentosq; videro: ea certe in medium ferã: qbus voluptate non minima vestræ afficientur aures. Nam religionis: auctores primos. Cur dij ex hominibus facti. Deum timendum & venerandũ. Iræ effectus: Iusti & perfecti viri officia: Natali Christiano sobrie/pie: & caste viuendum paucis aperiam: vt deum ipsum cõtinue pura/integra/incorruptaq;: & mente & voce veneremur. Adeste/faueteq; etiam atq; etiam oro: & quæ dicam animaduertite. ¶ Cælum Saturni patrem iustum & benignum virum/& astrologię non imperitum. Primũ regem fuisse Eumerus historicus ait: a quo Cælites deos sacrificijs primo cultos: & inde Cæli cognomẽ habuisse. Didymus vero aliter: scribit enim Melissea Cretensium regem: primũ dijs sacrificasse: Nouosq; ritus sacrorum: & pompas introduxisse. Sed nimirũ

Cælus regũ primus. Cælites. — *Melisseus rex.*

hi omnes/qui olim colebantur: vt dij: homines fuerũt: & ijdem primi ac maximi reges. Eos autẽ aut ob virtutẽ: quia ꝓfuerant hominũ generi: diuinis honoribus affectos eẽ post mortẽ. Aut ob beneficia & inuenta: quibus humanã vitã excoluerant: immortalẽ memoriã cõsecutos: quis ignorat? ❡ Cæterũ quia sine religione idest summa pietate: quæ nihil aliud est/q̃ dei parentis agnitio & notitia. Vita hominũ stultitia/scelere/immanitate cõpletur. Sempiternus deus & dies & noctes timendus: tutissima enim res est. Nil timere preter deum: a quo hominũ vitæ consulitur: & prouidetur. Nam mente consilioq; diuino/omnia hoc in mundo ad salutem omniũ conseruationẽq; ad ministrantur: & reguntur. Quiq; deum honorauerit: hoc afficietur ꝑmio: vt sit in æternũ beatus: sitq; apud deum: & cum deo semper. Veri autem cultoris dei sacrificia sunt: Mansuetudo animi: & vita innocens: & actus boni. Qua de re absit ab eo Ira idest commotio mentis ac perturbatio: quę hominẽ sapientem & grauem non decet. Siquidem quum in animũ cuiusq̃ incidit: velut sæua tempestas tantos excitat fluctus: vt statum mentis immutet: ardescant oculi: os tremat: lingua titubet: dentes concrepant. vultum maculet: nũc suffusus rubor: nunc pallor albescens. Quicunq; igitur sanus iustus perfectusq; homo esse voluerit: & deo charus. Iracũdiam temperet (nam virtus est iram cohibere/cupiditatem cõpescere/libidinem refrenare) opes non admiretur. Alienam mulierem sancte videat. Nihil omnino appetat: non inuideat vlli. non fastidiat quẽq̃. Sit humilis/misericors: beneficus/mitis/humanus: paxq; in animo eius perpetua versetur. Hęc est enim religio cælestis non quę constat ex rebus corruptis: sed q̃ virtutibus animi: qui oritur e cælo. Et hic verus dei cultus ẽ: in quo mens colentis se ipsam deo immaculatam victimam sistit. ❡ Qua de re: quia crastina die tenebrarum caligo minuetur: lux fidelium & credentium oculis reddetur: Syderum conditor: omniumq; redemptor Mariæ virginis hubera sugget. Vt digne cum eo gloriari possimus in cælis. Saluatorẽ expectantes sobrie pie caste viuamus. Dixi.

Dij ex hoĩbus

Deus venerandus.

Pietas quid.

Sacrificia cultoris dei.

Iræ effectus.

Iusti viri officia.

Iracundia tẽperanda.

Virtus quid.

Religio ex quibus est

Caste viuere.

❡ Christianæ incarnationis: religionisq; institutę causa Cur nati homines. Quid eis agẽdum vt beati cum deo habitent. Tit. v.

Etsi patres optimi: exilis ingenij mediocritas tenues admodum fruges parit: aperiam tamen facultate qua valeo/Christianæ incarnationis: religionisq; institutæ causam. Cur nati homines. Quid eis agendum vt beati cum deo habitent. Intendite q̃so. ❡ Deus filiũ suũ labi iussit e cælo: vt religionẽ dei sanctã trãsferret ad gẽtes: idest ad eos: q deũ ignorabãt: doceretq; iustitiã: quã ꝑfidus ille popul⁹ abiecerat. Itaq; ꝑ incarnationẽ filij dei (qua hoĩs animã corpusq; suscępit) saluamur. Vt ad illa/q̃ credimus ꝑuenire valeamus. Totũ nãq; hoĩem assumpsit dei filius vt totũ beatificaret. Et peccatũ generis humani deleret. Quocirca & maxima & admiranda charitas dei patris/quũ ꝓprio filio nõ pepercit: verum pro nobis oĩbus tradidit illũ: aperuit ianuã regni cælorum.

Deus cur hõ factus.

Omni itaq; cura deposita redēptori nostro gratiæ: quales possumus agi debent. Nā quis tam durus/tā inhumanus/tā ferreus sit: qui deū non diligat: a quo tantū se diligi conspicit: Nulla enim maior causa fuit aduentus domini nisi vt ostenderet deus dilectionem suā in nobis. Itaq; natus est Christus salutarē mūdo afferens fidem: vere petra medio rerum posita: vbi comminueretur: qui offenderet: qui crederet saluaret. Vere ignis ardens: quem qui sequit/illuminatur: qui tentat exuritur. Ipse est Christus christianorum caput: saluator bonorū: malorum punitor: Iudex omniū: qui formam secuturis verbo & opere statuit. ¶ Cęterum q est conditor rectorq; mundi deus: Ideo recte ac vere religio constituta est: authori enim rerum/parentiq; communi honos veneratioq; debetur. Falsa igitur est illa sententia: qua putant terroris ac metus gratia Religionem a sapientibus institutam: quo se homines imperiti a peccatis abstinerent. Cū hac conditione gignamur: vt generati nos: deo iusta & debita obsequia præbeamus. Hunc solum nouerimus: hunc sequamur. hoc vīculo pietatis abstricti deo & religati simns: Vnde ipsa religio nomen accepit: inutilis est. n. deo qui fide ac douotione caret. Nec iustus ac sapiens vllus est/nisi quem dominus præceptis cęlestibus erudiuit. Quapropter id hominis officium est in eoq; solo summa rerum/& omnis beatæ vitæ ratio consistit: vt sciat quo ritu/quoue sacrificio/deum coli oporteat. Quandoqdem propterea facti & inspirati ab eo sumus: vt cæli deum pura & integra mēte coleremus. Quisquis ergo rectu; vitę iter tenere nititur non terram debet aspicere: sed cęlum: non ad corpus referre omnia: sed ad mentem: non huic vitæ dare operam sed æternę. Maledicēti benedicto respondeat: Nunq̄ ipse maledicat: ne verbum malum procedat ex ore hominis: qui colit verbum bonum. Nec mentiatur vnq̄ decipiendi aut nocendi causa: Virtus est enim bonum facere: malū effugere: Quare inter summas hominū quidē virtutes: innocentia numeratur. Et homo/qui scientiam boni ac mali habet/abstinet se a nocendo/etiam cum incommodo suo: Vt perfectus & purgatus hinc exiēs: cum deo habitet. Deponitq; oēm mala; cogitationem de corde suo: Nihil enim deo clausum est: interest animis nostris/& cogitationib9 cunctis. Ideoq; mala omnia rebus humanis quottidie ingrauescūt: quia deus huius mūdi effector & gubernator derelictus est. Inde supbis resistit: humilibus autem gratiam præbet. Quocirca humanitate & castitate & bonis moribus nixi amemus deum vt amemur a deo ne ppter delicta nostra auertat faciē suam a nobis: & non misereatur Amabimus autē deū: si in hoc imitabimur: vt velimus prodesse omnibus: nocere nulli. ęrūnas & angustias mutua charitate reuelemus. Ieiunijs vigilijs/orationibus crebris insistere debeamus. Ipse enim diuina voce instruit nos/& monet: Dominum deum tuu; adorabis: & illi soli seruies. Dixi.

Religionis causa

Homines cur nati.

Religio vnde

Hominis officium.

Virtus quid.

Deo patēt oīa

Mala cur.

Deus quomō amabitur.

¶ De Tēpore & causa incarnationis: Dominiciq; natalis. Et quid homo (quo sit dei amicus) agere: vitareq; debet. Tit. vi.



T humanaꝝ & cælestiū disciplina rerū/sublimisq; dei gra=
tia: hoc in loco dicturus: indiget sapiētissimi viri: Secus.n.
digna aliqua enarrare nō poterit. Qua de re summi patris
& opem & dexteram inuoco: vestrūq; oīm benignā mentē:
& aures opto. ita nanq; andentius de tēpore & cā incarnatiōis: Domi
niciq; natalis sermonē fecero: ostendēs qd hō (quo sit dei amicus) age
re: vitareq; debet. Attendite diligenter: Vani nanq; sunt oēs: in quib⁹
dei scientia nulla subest. ❡ Legimus a principio mundi ad christi in=

Incarnatiōis tempus.

carnationē/quinq; annorū milia centum nonaginta nouem præte=
risse annos: Legimus etiam tria duntaxat millia: Annosq; nongen=
tos & sexaginta. Vbi igitur temporis plenitudo aduenit: misit deus
filium suum factum ex muliere/ factum sub lege: vt eos/qui sub le=
ge erant redimeret: ad regnaq; cælorum reduceret. Post lapsum si
quidem primorum: parentum: humanum genus per longissima
temporum spatia/sub diuina indignatione permansit. Christus er=
go verus deus & hō malis oībus fidē dedit. ❡ Nā regnate Herode in

Christi natale

iudæa: apud Romanos iam mutato reip. statu imperatore Cęsare au=
gusto: & p eum orbe terre pacato/ Natus est xp̄s in Bethleem iudę: hō
manifestus ex hoīe virgine: deus occultus ex deo patre: sic.n. ꝓpheta
prędixerat: Ecce virgo in vtero concipiet: & pariet filiuꝫ: & vocabitur
nomen eius Emanuel: quod est interpretatum nobiscū deus. Ad cui⁹

Emanuel

diuerso mō pfectionē indicandā/vt ōndatur patri ęqualis: dicit fili⁹.

Filius

Vt ōndatur patri p oīa similis imago. Vt ostēdat immaterialiter ge=

Imago

nitus: dicit verbum: Nā verbū solus filius accipit. Qui pp liberāduꝫ

Verbum

a morte ęterna hoīem/factus est homo. Nāq; si homo non peccasset:

Deus cur hō

Virgo nō pepisset. In quo sane dei charitas in nobis apparuit: qm̄ fili
us suum vnigenitū misit in mundum: vt viuamus per eum. ꝙ omēs
sub peccato nascimur: & per vnum solum/q sine peccato natus est: li
beramur. hinc ait ipse: Ego sum mundi lux: qui me sequit: in tenebris
non ambulabit. ❡ Vt ergo dei filium humani generis saluatorem seq̄

Quid homini agendum.

mur ab omni peccatorum & cupiditatum malarum labe mūdemur:
eius beneficioꝝ solennitatib⁹: festis: & diebus statutis memoriā cele=
brantes. Ipse enim fons nostrę beatitudinis: ipse omnis desiderij est fi
nis. Bonū &.n. nr̄m: de cuius fine inter philosophos magna cōtētio ē

Bonum hoīs.

nullū est aliud/q̄ illi cohęrere. propriusq; dei cultus & vera religio/&

Dei cultus proprius

recta pietas: & tantum deo debita seruitus illa est: Diligere dominuꝫ
deum tuum/toto corde: tota anima: tota mente tua: & proximū tuū

Deus amād⁹.

tanq̄ teipsum. Qui autem non colit deum: miser est: quia deo priua=

Sine deo vir

tur: Qꝫ vero antiquus sit: in sacrificando dei cultus: Duo illi fratres

Cultus antiquus

Cayn & Abel satis indicant: Quorum maioris deus sacrificiū repro=
bauit: minoris aspexit: Cor.n. contritū & humiliatū de⁹ nō spernit.

Cor nostrnm.

Nō vult ergo sacrificium trucidati pectoris/sed cōtriti cordis: Cū ve

Sacrificia x̄a.

ra sacrificia sint opera ipsa misericordiæ: quę quidem non ob aliud fi
ant: nisi vt a miseria liberemur. ac vt ꝓpterea beati simus. Itaq; im=
molemus deo sacrificium laudis: & reddamus altissimo vota nostra:

ꝙ præmia bonis factis: peccatis aut supplicia sunt cōstituta. Quocirca beatū non faciunt vitiosæ ac mortiferæ voluptates: non opulentia libidinum incitatrix: non inanis ambitio: nō caduci honores: quib⁹ illaqueatus animus human⁹ ęterna morte damnatur. Sed sola innocentia/sola iustitia/cuius legitima & digna merces est immortalitas: quam statuit a principio deus sanctis & incorruptis mentibus. Quæ se ab vitijs & ab omni labe terrena integras/inuiolatasq́ conseruant. Proinde vniuersos oportet: qui sapiētes/qui homines merito dici volunt. fragilia cōtēnere: terrena calcare: humilia despicere. Vtq́ possumus cum deo beatissima necessitudine copulari: cuiusquidē grā cunctis hoībus apparuit: impietatem secularia q́ desideria vitemus: sobrie/iuste/& pie venientes: expectantes beatam spem/aduentūq́ gloriæ magni dei & saluatoris nr̄i Iesu Christi: q semetipsū ꝓ nobis dedit vt nos ab omni iniquitate redimeret: populumq́ bonorum operum studiosum mundaret. Dixi.

Quæ vitanda

Immortalitas

Quæ vitanda

¶ Cur nam Christi Iesu Natalem: Cur dominicū diem: Cur Martyrū festa celebramus. Titulo septimo.



QVid hodie patres inclyti palam dicerē cogitanti mihi/illud occurrit: qua de re Christi Iesu Natalem: Cur dn̄icum diem: Cur aliorꝫ martyrū festa celebram⁹/ostendere. Quocirca & mentē & aures intendite. ¶ Erant homines dei patris inimici oēs: Christus aūt dei & hoīm mediator vt nos illi reconciliaret e cęlo in terrā descendit. Caput etiam spinis opposuit: Man⁹, & pedes clauis obiecit. Vt deo homines copularet a mortis contagiōe: & obligatione peccati liberās. Hinc & Iesus gręce, latine saluator, dicitur: quia cunctis gentibus salutifer venit. Quē quidē venisse elementa oīa testata sunt: Deum. n. hūc cęli esse cognouerūt: q a ꝓtin⁹ stellā misere. Cognouit mare: ꝙ eius plantis se calcabile ꝑbuit. Cognouit terra eo nanq́ moriente cōtremuit. Cognouit sol etiam/quia lucis suę radios abscondit. Saxa & parietes agnouerunt quia tēpore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit: quia quos tenebat mortuos reddidit. Memores igitur Christi aduentu hominem deo reconciliatum/anno quoq́ illius Natalem diem merito celebramus: & veneramur. ¶ Ab ecclesia vero institutum est: dominicum diem christianę memorię dedicandum/eo maxime ꝙ dies ille dierꝫ omniū, prim⁹ fuisse legitur: Erit q́ seculi huius vltim⁹: que nulla ꝓcessit/nec vlla nox sequet. Eo die & cælum: & terrā: & angelos deus creauit. Boni in cælo glorificati sunt: mali vero expulsi. Eo factus est hō Christ⁹. Eo destructis inferni claustris: sanctorum aīas inde eripiens surrexit a mortuis. Et mors interitū/& vita cœpit initiū. Qua ꝓpter nō solū in paschate diē hunc celebramus: verum etiam ꝑ singulas quasq́ hebdomadas ipsi⁹ diei imaginē frequētamus. Eo die mortuorum resurrectio fiet: reddenf q́ vnicuiq́ secundū opa sua ꝑmia. Eo die spiritus sanctus in linguis igneis missus est in apostolos. Eo deniq́ erit initium & cōtinuatio sine fine laudū dei/& dn̄i nr̄i Iesu Christi. Merito igitur vniuersa sabbati gra=

Christus cur in terram

Iesus id est Saluator

Elemēta deū nouerūt.

Natalis dies cur celebratur

Dn̄icus dies cur celebratur

tia: & antiqua illa feſtiuitas populi Iudęorū diei huius ſolēnitate mu
tata eſt. Illi ſabbato ſeruile opus nō faciebāt: Nos item dominico die
ſeruile op⁹ nō facimus: qa vitijs & peccatis non ſeruimus: qui eñ fa
cit peccatū ſeruus eſt peccati. Martyrū præterea ſolēnia celebram⁹ tā Martyrum ſolennia cur.
q̄ ſanctorum hominū dei: q ſane vſq; ad mortem ſacrorū ſuorū corpo
rū ꝓ veritate certarunt: quo falſis religionibus victis: religio vera cū
ctis hoibus aperta eſſet. Deus vero eos hoies & martyres fecit: & ſan=
ctis ſuis angelis cęleſti honore ſociauit: Vt ea celebritate & deo vero
de illorum victorijs grās agamus: & nos ad imitationem taliū coro
narum, atq; palmarum eodem inuocato in auxilium ex eoruʒ memo
riæ renouatione abhortemur. Quæcunq; igitur adhibentur religio=
ſorum obſequia in martyrū locis/ad ornamenta ſunt memorię: non
ſacra ſunt vel ſacrificia mortuorū tanq̄ deorum: veluti priſci illi exſti
mabant: qui beneficijs excellentes viros in cælum fama ſuſtulerunt.
Hinc.n. Aeſculapius/hinc liber dij ſunt habiti. ¶ Abſolutis quæ pro
poſueram/omnes ad vnum moneo: Nihil deo aduerſante tutum eē:
Et ſerpente vicino nullā eſſe ſecuritatē. Quā ob rē fugiēda ſunt vitia
cūctaq; ſcelera: iniuſtitia maxime atq; impietas: Et diuina præcepta
ſeruanda Chriſto dicente: Si diligitis me/mādata mea ſeruate. Dixi.

¶ Septimus Sermonum Libellus: de Sacro Baptiſmo. Continet Ser
mones Septem.

¶ De Sacramētis ſeptem eccl'ię. De Ioānis & Chriſti Baptiſmatis dif=
ferētia: & virtute. Et quibuſnam liceat Baptiʒare. Titulo primo.



Vidnam viri egregij de baptiſmi ſacramento di
cendum eſſet: exequi nullo pacto mei facultas in
genij poſſet: itaq; ſermonē paucis expediā. Naʒ
breui de ſacramētiſ ſeptē eccl'ię: De Ioānis & Chri
ſti baptiſmatis differētia & virtute: Et qbuſnā li Sacramenta ſeptem
ceat baptiʒare differā: Nouę legis & grę Sacramē
ta dicūt ſeptē: Baptiſm⁹: Cōfirmatio: Euchari=
ſtia: Pœnitētia: Vnctio extrema: Ordo: Coniu=
gium. Ex ijs baptiſma remedium contra pecca=
tum prębet: gratiamq; adiutricem confert: Chriſma ſpiritus ſancto=
nem adhibet. Couiugium duntaxat in remedium. eſt. Euchariſtia &
Ordo gratia & virtute nos fulciunt. Baptiſmus intrantium eſt ſa=
cramentum: Confirmatio pugnantium: Euchariſtia progrediētium
Pœnitentia eſt errantium/& deficientium: Matrimonium inconti=
nentium: Extrema vnctio exeuntium. ¶ Chriſti autem baptiſmum Ioannis baptiſmus
Ioannes ſuo baptiſmate pręnuntiauit: qui certe omnium prim⁹ ba=
ptiʒaſſe legit: Verū in aq̄ nō in ſpiritu. Ipſe ei ait: Ego baptiʒo vos in Chriſti baptiſmus
aq̄ in pœnitētiā: nā ſola corpa abluebat: a peccatis xp̄o nō mūdabat.
ꝙ erat in pœnitentiam/non in remiſſionem/vti Chriſti baptiſmus.

Ioannes enim baptizans/ homines vocabat ad pœnitentiam/& pœnitere docebat. Vnde scribitur. Veniebant ad Ioannem in Iordanem confitentes peccata sua. In quo baptismo peccatoꝝ remissio nõ dabatur: q̃ data est in Christi baptismate. Vtilis deniq; Ioannis baptism⁹ erat: ꝙ homines vsu baptizandi ꝑparabat ad Christi baptisma. ℂQđ quidem solis sacerdotibus est traditũ eiusq; ministerium nec ipsis diaconis licet implere absq; episcopi vel presbyteri venia: nisi ijs procul absentibus vltima langoris cogat necessitas. Qđ etiã & fideles laicos minime dedecet. Nec mulier q̃uis sancta audeat baptizare: nisi necessitate cogente. Cum igitur Christi baptisma in peccatorum remissionem fuerit institutum: & gratiã præbeat. Iure & merito hodie Iulius infans illud accepit. Iure & merito cuncti nos etiam tanto illius bono lætari debemus. Dixi.

Ioan. bptũs.

Baptisare q̃bus liceat.

ℂQuid sit baptisma: eiusq; forma: & causa institutionis. Tit. ij.



Voniam viri clarissimi in cõuiuio sermones habendi sunt: non anxij: sed iucundi/& quadam cum voluptate vtiles: ex quibus ingenium nostrum venustius & amœnius fiat. Non ab re hoc in loco. Quid sit baptisma: eiusq; forma: & causa institutionis edisserã. Quæso igitur adnimaduertite. ℂBaptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata per verbum dei. Vel baptismus est ablutio corporis exterior facta/ sub forma præscripta verborum. Si enim fiat ablutio sine verbo/non est ibi sacramentum. In duobus ergo consistit: verbo/& elemento. Cętera vero ad eius solẽnitatẽ pertinere dicuntur. Estq; huius sacramenti materia duplex. Remota: quæ est aqua propinqua/quę est in aqua ablutio. Celebratur enim id sacramentum in aqua tantũ: nõ alio liquore: quia sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit: ita baptismus maculas animæ: vitiorũq; sordes emundando abstergit. Vel ideo: quo nullum inopia excusaret: vt cõmunis materia baptizandi apud omnes inueniretur. Qđ sacramentũ aqua significauit: q̃ de latere Christi exiuit: vti & sanguis alterius sacramenti signũ fuit. Nõ igitur alio in liquore/ nisi in aqua baptismus cõsecrari potest. ℂEius autẽ forma est illiusmodi. Ego te baptizo in nomine patris/& filij/& spiritussancti. Nec sufficit verba corde cogitare: nisi vocaliter exprimãtur. Nam in vocali expressione verborũ: perfecta fidei professio significatur: quæ quidem & in verbo: & in corde consistit. Inde Augustinus ait. Detrahe verbũ/aqua quid erit nisi aqua? Accedit verbum ad elementũ & fit sacramentum. Baptizandi vero tertio mergi debent. Et tamẽ si semel dũtaxat immergãtur verũ baptisma accipiũt. Et qui semel immergit: nõ peccat: nisi ecclesiæ cõsuetudo obsistat: vel hoc modo tantum debere fieri asserat. Nã in trinis immersionibus personarum trinitas: & triduum sepulturæ Christi. Et in vna potest diuinitatis singularitas designari. ℂCausa deniq; institutionis baptismi ẽ innouatio mẽtis: vt homo: qui ꝑ peccatũ vetus fuerat: per baptismi gratiã renouetur. qđ certe fit vitiorũ depositione: & collatione virtutũ. Tunc enim fit quisq; nouus homo

Baptism⁹ qđ.

Materia duplex.

Cur in aqua tantum.

Baptismi forma.

Fides vbi cõsistit.

Baptizandi immersio.

Baptismi causa.

quum abolitis peccatis / ornatur virtutibus. Ablutio peccatorum fe= ditatē pellit: virtutū appositio decorē affert: hinc in Ezechiele Deus ait: Aspergā sup vos aquā mundā: & mūdabimini ab oibus īmundi= tijs vestris: & dabo vobꝫ cor nouū / & spiritū nouū: Interior itaqꝫ mū ditia res est huiusmodi sacramēti: Quocirca christus cū primū ado= lescere cœpit: in Iordane flumine tinctus ē ab Ioānne pphta: Vt spi ritali lauacro peccata nō sua: q vtiqꝫ nō habebat: sed carnis / quā ge= rebat aboleret. Vt quemadmodū iudæos suscepta circūcisione / sic etiā gētes baptismo idest puri roris pfusione saluaret. Prōptissimo igitur aio pr̄es inclyti sacri baptismi fontē adire: liberisqꝫ nr̄is id bonū con= ferre debemus: quo medio peccatis abolitis & mundatur: & renoua= tur homo. Dixi.

Baptismi vir tus.

Christus cur baptizatus

¶ Modus & ordo sacri baptismatis. Tit. iij.



Optarē hodie summi historici facundiā & eloquētiam q̄ opti mi ciues & dn̄i: Cuius nomē & gloria Gaditanū egit: vti ab vltimo terrarū orbe ei⁹ visendi gratia Romā peteret. Opta rem inq̄ illius facundiā: Quo vestris me dicente prudētijs satisfieret: duram nanqꝫ cępi puinciā: Verum & si illa deest / orationis tędiū breuitate rependā: paucis nāqꝫ de modo ipso / & ordine sacri ba= ptismatis disseram: ¶ Itaqꝫ ante omnia sacerdos puerum tenere p la= tera: versaqꝫ in aquam facie debet immergere: Idqꝫ in hūilitatis & re= uerentię signum. Aliquis etiā qui / baptizatū de sacro fonte suscipiat adsit qꝫ spiritalis regeneratio / quæ fit per baptisma: quodā modo ge= nerationi corporeę assimulat: in qua certe paruulus nutrice indiget / & pedagogo. Ille aūt vt baptizatum in fide nouitium de his / quę chri= stianæ sunt vitę: edoceat: Augustino illa præcipiēte: Vos ante omnia tam viros q̄ mulieres: qui filios in baptismo suscepistis admoneo: vt cognoscatis fideiussores apud deū p illis extitisse: ideoqꝫ semp eos ad monete: vt castitatem custodiant: iustitiam diligant: charitatē tene= ant. Thoma vero doctore / spiritales hodie patres ad ea minime val de obligantur. qꝫ vt plurimū q baptizantur: parentes habēt christia= nos: qui sane filios diligenter instruere possunt. qd̄ si illi neglexerint: saluti spiritaliū filiorꝫ ipsi impendant. Qui aūt de sacro fonte puerūꝫ suscipit / & vnus & plures esse valent: Nam cum oībus spiritalis co= gnatio contrahitur. Eritqꝫ ille sęcularis non religiosus aut monach⁹ & fidelis non infidelis. Isqꝫ baptizati pater spiritalis vocatur: & vt pa ter est diligendus. ¶ Eorum deniqꝫ ordo / quę sunt ad sacramenti ba= ptismatis solēnitatem secundum cōem ecclesię consuetudinem adhi= benda est: ille. qꝫ ante omnia puer exufflatur: vt diaboli virtus exte= rior expellatur: & interior expellenda significetur. Postea vero crucis signū & in pectore & in fronte fieri debet: vt se pellendum dæmon in= telligat / tam ex occulto cordis / q̄ ex apto pfessionis. Tertio sal in ore ponitur: vt per typicum salē: sapiētię sale cōditus iniquitatis fetore careat: ne peccatorum vermib⁹ putrefiat vlterius: sed magis illæsus ad maiorem gr̄am pcipiendā seruet. Sal ergo significat: qꝫ p baptismū

Modus baptismi.

Patres spirita les.

Pater spirita= lis.

Ordo bapti.

Exufflatio

Crux

Sal

sapientiæ sapor pparatur: fetorq; fomitis restringit. Quarto nares & aures saliua tangunt: vt ei nares apiant: ad odorẽ notitiæ dei accipiẽdum: & aures ad dei mandata audienda. Quinto in pectore & in scapulis fit inuntio: vt vnctionis gratia ad deu3 amandum: ad bonaq; opera faciẽda significetur. Sexto fit vnctio chrismatis in vertice post baptisimum: vt christi regni baptizat9 pticeps: a Christo xpianus vocari possit. Eiusmodiq; inunctio fit in capite: q; sapientis sensus in capite eius. Per caput ergo anima designat: quæ p baptismũ imputribilis, reddit ad cõtẽplandũ æterna. Chrisma em̃ ex oleo lucẽte: cõseruantiq; balsamo conficit. Septimo baptizatus cãdido vestimento induit: qd innocentiã christianãq; puritatem significat: quæ quidẽ post ablutas veteres maculas studio sanctę cõuersationis immaculata seruari debet: vt añ christi tribunal eadem repsentetur. Vnde Ambrosi9: Accepisti post baptismũ vestimenta cãdida: vt esset iudicium, q; exueris voluntatẽ peccatoꝶ: & indueris innocentię casta velamina. Nouissime ponit in manibus Cęreus: vt sit lucerna pedibus eius verbu3 dñi: & lumen semitis ei9. Debẽt igit (nisi necessitas repugnarit) prædictã oĩa dũ aliquis baptizat, rite celebrari. Quoꝶ etiã, qcũq; baptisma sumpserunt: nõ ĩmemores esse decet. Sic. n. sacri baptisimatis sortient effectus: qbus certe originalis actualisq; culpa deletur: pœna remittitur peccato debita: sancti spirit9 grã, virtutũq3 copia conferunt. Propter quę omnia noster Lælius infans pręsenti luce baptisma & iure & merito sumpsit. Dixi.

Saliua | Vnctio | Chrisma | Caput anima | Vestis alba | Cæreus | Baptisimi effectus

¶ Baptisimi sacri tres effectus. Tit. iiij.



Enerãdi pres & dñi: Licet ego indignũ me atq; ineptu3: ad ea: quę in psentia mihi mandant: eẽ aĩaduertam. Obedientię tamẽ grã mãdatis obseq p viribus nitar: dũmodo vræ benignę aures audire nõ dedignẽt. Dignamini obsecro: paucis nanq; de baptisini fructibus siue effectib9 sermo fiet. ¶ Cũ igit baptismus seu baptisma (vtrunq;. n. dicit) sit aqua, diluẽdis criminibus sanctificata p verbũ dei: Tres inde effectus emanant. ¶ Primus: Deletio culpę dicit: baptismo sed enim tollit omnis culpa, tã originalis q̃ actualis: hõq; in pstinã innocẽtiã restituitur q̃tum ad aĩam: Idq; diuinæ gratia liberalitatis. ¶ Secund9 effect9 remissio pœnæ appellat: baptizato nanq3 pœna om̃is peccato debita remittit. Vñ & Augustinus de baptisimate inquit: Quicquid ab homine dictum, factu3, & cogitatum est: totũ abolet, & quasi nõ factum habetur. ¶ Tertius vero effectus collatio grę vocitatur: quoniã sancto & sacro baptismate spiritus sancti gratia, sanctarumq3 virtutũ copia homini datur. Merito igit viri pstantes gaudendum est & lætandum, & exultandũ quoq; (vt facimus) in eiusmodi sacramenti colatione. ¶ Iis omissis quonia3 vestræ benignitates dignatæ sunt prompto aĩmo hilariq3 fronte in baptismate Mariani filioli Cõgratulari pręstantissimo viro Iurisq3 consultissimo Petro Paulo: Ego eiusdem nomine gratias ago omnibus: omnipotentis numina, rogitans: vt egregio ac sapienti viro: An=

Baptisma qd. | Deletio culpę | Remissio pœnæ. | Collatio grãæ.

gelo mariani auo: Ipsiq; petro Paulo patri / Cunctisq; suæ domus ne potibus ea premia posse reddere cōcedāt: Que qsq; exoptat & mēte vo luit. ¶ Nouissime aūt ad te vir inclyte petre paule me verto: illa q̄dez cum ꝓpheta canens: Sit vxor tua sicut vitis abundans in laterib⁹ do mus tuæ; Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuę. Bn̄dicat tibi dn̄s: vt videas bona oib⁹ dieb⁹ vitę tuæ: & videas filios filio rū tuoꝝ. Fiat pax in ꝟtute tua: & abūdātia in turrib⁹ tuis. Amē. Dixi.

Angelus Tinotia

Votum in filios.

¶ De Baptismi necessitate: An scilicet teneanť oēs ad baptismi susceptionē: Et an quis sine baptismate saluari possit. Tit. quinto.



Eceret potius viri præstantes / me aliorū sermones audire / q̄ hoc in loco verba facere. Ne tn̄ clarissimi viri luci di voto deesse / repugnareq; videar: De baptismi necessitate: An scilicet teneanť oēs ad baptismi susceptionē: Et an q̄s sine baptismate saluari possit: breui expediam. ¶ Postq̄ igiť baptismatis institutio facta est: & palā oībus significata. Baptizari teneanť oēs. Augustino dicente illud de fide ad Petrum: firmissime tene: & nullaten⁹ dubites / exceptis illis / qui ꝑ Christi noīe suo sanguine baptizanť: nullū hoīem acceptuꝝ vitam ęternā: qui nō hic fuerit per pœnitentiā fidez q; conuersus: & ꝑ sacramentū fidei & pœnitentię: idest per baptismuz liberatus. Tantę aūt dignitatis est baptisma / vt etiā in vtero sanctificati baptizari debeāt. Idq; propter obedientię bonū ꝙ deus præcepit omnes renasci aqua: Ait enim christ⁹ Nicodemo Ioannis tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spūsancto: nō pōt introire in regnū dei: Et ꝓpter humilitatē / ꝙ vnusquisq; debet se iudicare peccatorē & christi redēptione indigere. ¶ An aūt q̄s sine baptismate saluare possit: Beatus Thomas āple ostēdit: vbi ait: baptismi sacramētū dupliciter posse alicui deesse: Vno mō & re: & voto: quod illis contingit: qui nec baptizanť: nec baptizari volūt. Q̄d manifeste ad sacramēti contēptū ꝑtinet: qui tales salutem consequi nō possunt. Aliomodo re / sed non voto: sicuti quū desiderat aliquis baptizari: sed casu aliquo anteq̄ baptismum suscipiat / moritur. qui certe sine actuali baptismo salutē cōsequi potest. Qua de re Theologi Tria baptismata eē dicūt. primum flaminis idest spūs sancti: quo baptizanť hi: q̄ baptizari vellēt: vt dictum est / & non possunt. Secundum fluminis idest aqua de quo loquimur. Tertium sanguinis quum quis baptizari aqua non valens: patitur pro Christi fide: & moritur pro confessione eius. Cui profecto cæli ianua aperitur. Horum tamen vnum est sacramentum fluminis seu aque: Alia vero duo minime / licet salutem conferant. Cum igitur sine baptismatis sacramento ad vitam æternam cæli ianua nullo pacto aperiatur: Optime vir insignis lucidus homo religiosissim⁹ Pōponio filio forma præstanti / & optima indole puero / procedente tempore ad summum glorię cumulum peruenturo: baptisma contulit. Quem opto deus omnipotens & illustrem & longęuum & sapientem patreq; optimo meliorem esse velit. Dixi.

Baptizari tenentur oēs.

An quis sine bapt. saluetur

Baptismata tria flaminis

Fluminis Sanguinis

¶ An sit differendum/vel celerandum baptisma. An etiam peccatores sacrū adeuntes baptisma/teneātur peccata sua confiteri. Titulo. vi.

SI cui tacendum potius q̄ loquēdum esset viri egregij. Mihi equidem multo magis: ꝙ & puer & rudis rerum notitia careo. Verū vbi omnino dicendi onus subire oportet & si inuitus id ipsum subeo. Vestras oro ac obsecro humanitates vt ipsæ nunc attentis me auribus audiant: paucis em̄ expediam/an sit differendū/vel celerādum baptisma. An etiam peccatores sacrum adeuntes baptisma/teneantur peccata sua cōfiteri. Itaq; dicimus baptizandos vel pueros esse/vel adultos. Si pueri/nullo pacto differēdum erit baptisma: primo quidem/ꝙ maior instructio/pleniorue cōuersio in eis non expectatur. Secūdo ꝓpter mortis periculū. Cui certe alio remedio q̄ baptismatis sacramento succurri non potest. Quibus pueris baptisina ꝓdest ꝓpter offerentiū & ecclesiæ fidē. Si vero adulti fuerint: nō statim vt cōuertūtur: est eis sacramentū baptismatis cōferendū: sed differre oportet ad tēpus aliquod/ꝓpter ecclesiæ cautionē: ne forte decipiatur: cōferens ficte credētibus sacramentū. Vn̄ de cōsecratione distinctōe quarta habent illa: Iudæi/quoꝝ ꝑfidia frequenter ad vomitū redit: si ad leges catholicas venire voluerint. Octo mēses inter catacuminos ecclesię limē introeāt: & pura fide venire noscant. Hanc demū baptismi gratiā mereant. & illa: Iudæis ad baptismū venientibus indicēda ē pœnitētia & absti nētia. xl. dierū. Secūda dilationis ratio ē/eoꝝ vtilitas: q̄ baptizant: aliquo em̄ tēporis interuallo indigent: quo de fide plenius instruant: in hisq; exerceant/q̄ ad christianā vitā ꝑtineant. Tertia ratio ē: Sacramenti reuerentia: ob quā olim adulti baptizabātur duabus ꝑcipuis solēnitatibus: Paschate scilicet & Pentecoste. Potest tamē ꝑdicta omitti dilatio: aut necessitate: dum baptismū cupiēs esset morti expositus: vel ꝑsecutioni: vel naufragio: aut baptizandus ꝑfecte instructus in fide: & ad baptisma idoneus appareret. Ad illud deniq; an peccator ipse baptismū adiens peccata sua cōfiteri debeat. aduertēdū ē: duplicē esse peccatoꝝ cōfessionē. Vnā q̄ fit deo interius: & hęc ante baptismū reqritur: vt hō peccata sua reminiscens ijs doleat. Nō. n. pōt nouā incohare vitā: nisi eū pœniteat veteris. Alia vero ē cōfessio peccatoꝝ exterior: quę fit sacerdoti: eaq; an̄ baptismū nequaq̄ reqritur. Vn̄ Ambrosius. Dei gr̄a in baptismo gemitū nō reqrit: nec plantū: nec etiā opus aliqđ: sed solā fidē: & oīa gratis donat. Diximus hacten⁹ in pueris nō eē differēdum baptisma. In adultis attamē differendū: nisi mortis necessitate vrgente. Diximus etiā baptizando peccatori: prius interiorē cōfessionē deo ipsi faciēdā: quo eū peccatoꝝ pœniteat. Sapiēter igit̄ vir eximius oīq; virtute ornatus Antonius Pizellus Ioanni francisco filiolo: in quo qđē eminētis ingenij iā nūc apparēt igniculi spesq; in liberali vultu pingens/sacrū baptisma: & nomē hodie cōtulit. qđ olim apud gentiles Romanos: & nono & octauo die fiebat. Erat. n. Nūdina romanoꝝ dea a no

Pueri citius baptizandi.

Adultis seruis

Iudæi seruis.

Confessio duplex.

Antonius Pizellus. Ioānes franc. Nundina.

no die nascẽtiũ nũcupata. q Lustricus dicebat. Nam Lustricus dies erat: quo infantes lustrabãtur & nomẽ accipiebãt: sed is tũc maribus nonus. Octauus fœminis. quoniã Pythagorici numerũ parẽ fœmi nam vocabant: marem imparem. Dies autem eos potissimũ capiũt: qui septenarium subsequuntur: ꝙ septimus dies cum in cæteris tum ad vmbilicum infantibus nuper editis periculosus esse cõsueuit: nã septimo die plęrisq; resoluitur. Dixi. Lustric⁹ dies.

¶ An Iudæoꝝ, & ĩfideliũ pueri: sint ĩuitis parẽtib⁹ baptizãdi. Ti. vii.



Vm timor hominibus mẽtẽ, cõsiliũq; eripiat: & mẽbra debilitet inclyti patres, & domini: Nil mirũ, si ego adolescẽtulus: & omniũ rerũ magistro vsu deficiẽs, huic pstantiũ viroꝝ cõcilio minime satisfecero de baptismo dicturus. De cuius ampla materia vnũ illæ in mediũ ferã. An Iudæoꝝ & infideliũ pueri sint inuitis parẽtibus baptizandi. Vnde quęso animaduertite.

¶ Si forte illoꝝ filij rõnis vsum habuerint: quãtũ ad ea: q̃ sunt iuris diuini vel naturalis, incipiũt suę potestatis esse: ideoq; ꝓpria volũtate inuitis parentibus baptizari possunt. Si vero nõdũ liberi vsum arbitrij possederint: baptizari nõ debẽt. ꝙ id nũq̃ fecit ecclesia ratiõe duplici. Vna ꝓpter fidei periculum: si em̃ pueri nõdum ratiõis vsum habẽtes baptismũ susciperẽt: quũ perfecti ætate essent: facile a parẽtibus induci possent: vt q̃d inscij quõdam suscęperãt: omnino relinquerẽt: quę res in fidei detrimẽtum vergeret. Alia vero, ꝙ iustitiæ naturali repugnat: filius nãq; ẽ aliquid patris: qui primo a parẽtibus nõ distinguitur secũdũ corpus: quãdiu in matris vtero cõtinetur. Et vbi egressus fuerit: antequã liberi vsum arbitrij teneat: sub parẽtum cura, velut sub quodã spiritali vtero cõsistit. Nam donec puer rationis vsum nõ habet: ab irrationali nõ differt. Quocirca vti bos, vel equ⁹ est alicui⁹: vt eo quũ voluerit, scd̃m ciuilia iura vtat: ita etiã naturali iure fit: vt fili⁹ añq̃ rõis habeat vsuz: sub parẽtũ cura cõsistat. Nõ debet igit inuitis parẽtibus alicui baptisma dari. Ipsiq; etiam infideles adulti nullo modo cogẽdi sunt ad baptismũ: ꝙ ij minime sunt inuiti saluãdi, sed volẽtes: quo sit integra iustitię forma. Possent & plura de baptismo dici viri pstãtes. Verũ absolutis, quæ proposueram, ne tędio vllo afficiamini. Orationi finem impono. Dixi.

Filius in potestate patris.

¶ Octauus sermonũ libell⁹. De corpore & sanguine Christi. De psbyteris & sacerdotibus. De missæ mysterijs cõtinet sermones septẽ.

¶ De corpore & sanguine Christi in cœna domini. Tit. I.



Oris est viri amplissimi: anno quoqz hodierna luce: Vestras apud humanitates: de sacramẽto corporis dei oĩpotentis Iesu Christi ꝓ nobis oblati: sermonẽ haberi. Q̃d quidẽ parduũ est: & humano ĩgenio minime assequẽdũ. Horrebam itaqz tanti põderis subire onus. Nec vnquã ad id sponte mea venissem. Iussus aũt prouinciam

hanc adire/coactus tandē inuitusq; adii: fretus maxime omnipotē=
tis diuina gratia/cū ctorūq; vestrū benignitate. Vnde adeste q̄so. Et
quę dicā hilari vultu attentisq; auribus aīaduertite. Paucis em̄ absol=
uam. Quare dn̄s noster corporis sacramētū post cœnā discipulis de=
dit. An verū Christi corpus/& sanguis in altari sit. Quare sub alia spe
cie sacramentū dominus celebrauit: celebrādūq; ita instituit. Qua de
re etiam: sub duplici specie sumitur: cū sub alterutra totus sit Christ⁹
& cur aqua vino admisceatur. Vbinam accidētia illa fundētur. Et cur
post sacramentū baptismi: Confirmationisq; Eucharihiæ sacramētū
sequatur. incipiam igitur. ❡Sacramentū instituit dominus: quū post
typicum agnū corpus suū & sanguinem discipulis in cœna porrexit.
Idq; post alia dedit: vt hoc vnū altius memoriæ discipuloꝝ infigeret:
ab ecclesiaq; deinceps frequētaretur. Nūc aūt potius ab ieiunis sumi
oportet: vt reuerentia singulari discernatur ab aliis cibis: q̄d dn̄s apo
stolis: per quos ecclesiā dispositurus erat: disponēdū & docēdū reliq̄t.
❡In specie aūt panis & vini/quā videmus: res inuisibiles idest carnē
& sanguinē honoramus. Nā panis est vsitatus ante verba sacra: vbi
vero accessit cōsecratio. De pane fit Christi caro: De vino sanguis. Cō
stat igitur verū Christi corpus & sanguinē in altari esse. ❡Cæterū sub
alia specie tribus de causis tradidit Christus carnē & sanguinē: & dein
ceps sumendū cōstituit. Vt fides scilicet habeat meritū: q̄ est de his: q̄
nō vidētur. Ne abhorreret animus: si cerneret oculis carnē crudam &
sanguinē sumere. Ne etiā ab incredulis religioni insultaretur: si cruor
occisi hoīs biberetur. Iis ergo causis in similitudinē accipimus sacra=
mentū. ❡Sub duplici vero specie sumit᷑ Christus: quāuis sub alteru=
tra tot⁹ insit: quo ostēdatur totā humanā naturā assumpsisse: vt totā
redimeret. Panis em̄ ad carnē refertur. Vinū ad animā. Ideoq; dupli=
ci specie celebrat᷑: vt animę & carnis susceptio in Christo vtriusq; libe
ratio in nobis significet᷑. Valet em̄ ad tuitionē corporis & animę q̄d ac
cepimus. Nā Christi caro ꝑ salute corporis. Sanguis vero ꝑ aīa nr̄a
offertur. Nec dici sacramēta duo/sed vnū debet: sub vtraq; etem̄ idem
sumit᷑ specie. ❡Aqua tamē admiscēda est vino: q̄m ea significat popu=
lū: q̄ sane ꝑ Christi passionē redēptus. per vinū vero Christi intelligit᷑
sanguis. ❡In quo demū subiecto fundentur accidētia illa q̄ remanēt.
Species/sapor/& pondus: Fatēdū quidē in nullo. Verū sine subiecto
existere. Nā ibi nulla nisi dn̄ici corporis substātia atq; sanguis inest: q̄
illis minime afficit᷑ accidētibus. nō. n. Christi corpus in se talē habet
formā: sed qualis in iudicio apparebit. ❡Sequit᷑ aūt Eucharistiæ sacra
mentum post illud sacri baptismi/& illud cōfirmationis: ꝙ per baptis
ma mundamur: id. n. ad remissionem valet. Per Eucharistiam in bo=
no confirmamur. Baptismus æstus vitioꝝ extinguit: Eucharistia spi
ritaliter reficit. Hinc optime dicitur Eucharistia bona gratia/seu gra=
titudo ꝙ in hoc sacramento/nō mō est virtutis & gratiæ augmētum:
sed ille totus sumitur: qui est fons & origo totius gratię, quare quicūq;
religiose gustauerit: corruptionē non videbit. ❡Absolui egregij pa=

Eucharistiæ institutio.

In specie panis & vini.

Sub alia specie

Sub duplici specie.

Aqua Vinum

Eucharistia post baptisma

Eucharistia quid dicitur.

tres/quęcunq; pollicitus eram de sacramento altaris. Reliquū est: vt corruptionem vitare possimus/illud idem religiose puraq; mente assumere. Qđ certe fiet: Confessione pœnitentiaq; pręcedentibus delictorum. quisq; igitur: sese ad tantum sacramentum sumendum præparet/expurget/accingat. Dixi.

¶ De sacerdotij institutione: Ac de presbyteris. Tit. ij.

NOn possum vanerandi & amplissimi dñi patres itē egregij: secus agere/qui in p̄sentia horrore afficiar: pueri. n. ita bene sentire non possunt/vt senes hoc ē iudicare. Et ea q̄ scimus sunt minima pars eoꝝ/q̄ ignoramus. Nec ego dūtaxat: verūtamē alius q̄libet lōge horresceret. Nā primo de oratore Tulli⁹ ita scribit. Vt em̄ quis optime dicit: ita maxime dicendi difficultatē: variosq; euentus orationis/expectationēq; hominū ptimescit. Fretus aūt vestra humanitate breui de sacerdotij institutiōe: ac de p̄sbyteris aliqua explicabo. Sermones etem̄ inq̄redi secūdū illoꝝ materiā de q̄bus sunt: vt ph̄us inq̄t. ¶ Sacerdotalis igitur ordinis institutio ab veteri lege principiū sumpsit. Dn̄s. n. legit̄ p̄cepisse Moysi: applica fratrē tuū Aaron ad te cuȝ filijs suis de medio filioꝝ Israel vt sacerdotio mihi fungat̄. Vnxit ergo Moyses Aaron in maiorē sacerdotē: filios vero illius in minores. ¶ Ante legē etiā sacerdotes fuisse legit̄. Vn̄ Melchisedech iustus sacerdos dei altissimi extitit cui decimas ex oib⁹ spolijs Abrahā tāq̄ sacerdoti p̄soluit. Erāt aūt multi minores sacerdotes quos Canones appellabāt. Vnus t̄n summ⁹ sacerdos. ¶ Dauid item vigintiquattuor summos sacerdotes instituit: q̄bus oībus vnū p̄fecit: quē statuit pricipē sacerdotū. In nouo etiā testamēto Christus maiores & minores sacerdotes cōstituit. Duodecim q̄dē Apostolos quū dedit eis potestatē cōsecrandi dicēs, Hoc facite in meā cōmemorationē. Et septuagintaduos discipulos. Apostoloꝝ itaq; vices maiores obtinēt sacerdotes: idest episcopi: q̄ dicunt̄ summi. Discipuloꝝ vero minoꝝ presbyteri. Petrū aūt quasi in summū sacerdotē elegit: ei præ omnibus claues regni cæloꝝ tradens. Maxima igitur veneratione colēdi sunt sacerdotes viri amplissimi. ¶ Cæterū præsbyter græce/latine senior interp̄tatur: nō modo p̄ ætate/ vel decrepita senectute: sed p̄pter honorem & dignitatem/quam acceperunt. Senectus enim venerabilis est: & cani sunt sensus hominis. Vnde & dominus inq̄t Moysi Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel. Non ergo p̄pter decrepitam ætatem: sed propter sapientiam præsbyteri nominantur. Sacerdos vero a sacrificando est appellatus: quia consecrat & sacrificat. Vnde etiam dici potest sacerdos quasi sacra dās/vel sacer dux vt ait Beda. Ii autem sacerdotes Christi vicem gerunt: dum pro peccatis obsecrant: & per pœnitentiam reconciliant peccatores. Medij enim sunt inter deum & homines. Quapropter honorandi sunt sacerdotes ob eorum authoritatem & potestatē: qđ & Salomon in sancto spiritu cōstitutus testat̄ & docet: ait. n. Ex tota aīa tua time deū: & sacerdotes eius sanctifica: & iterū: honora deū ex tota aīa tua: & hono

Sacerdotij institutio.

Apostoli.

Petrus.

Presbyter q̄d.

Sacerdos vn̄.

rifica sacerdotes eius. Hæc hactenus: Iã vero ad grãꝶ actiones venire decet. Itaq; noīe reuerēdi sacerdotis in cui⁹ grã3 cõuiuiũ celebrastis/ ĩnumeras oĩbus ago grãs deũ obsecrans illi cõcedat cũctis & singulis referre posse cumulatissimas. Siq; forte conuiuij apparatus minime fuerit qualis esse debebat/ veniam poscit: Non enim vos vti externos verũtamẽ vt amicissimos & familiares accepit. Dixi.

¶ De Missa mortuorum secũda feria celebranda. De Missæ tpib⁹. De Iusto monacho: cui mortuo eucharistię oblatio ꝓfuit. Et de Paschasio: cui defuncto episcopi orõ quietem tribuit. Titulo tertio.



Voniam benignissimi patres & dñi: Hesterna luce de sacerdotibus aliqua dicta fuerũt: hodie pauca de mortuoꝶ missa secũda feria celebrãda breuiter enarrabo: & quãq̃ me pueri⁹ silere/ audireq; potius deceret: Vos vero sapientissimos dicere atq; eloqui. Nã pueri adolescentuliq; nõ possunt esse prudẽtes cum prudentia sapientiã reqrat atq; experientiã/ quæ tpe indiget. Nolit tamen idcirco vestra benignitas mea verba despicere: dica3 sed .n. relatu digna. primumq; de missæ temporibus: Celebrat̃.n. hora tertia/ sexta & nona: qm̃ missæ celebratio memoria est passionis Christi. Tertia aũt/ qa hora illa crucifixus est linguis iudæoꝶ: Et spũs sanct⁹ sup apostolos eadem venit. Sexta quia tũc manibus militũ crucifix⁹ & ĩmolatus est. Nona/ qm̃ eo tẽpore in cruce pendens emisit spiritu3.

Missæ tpa.

¶ Cantatur aũt secũda feria ꝓ defunctis/ vt illis adhibeamus angelorũ suffragia: qui prima feria creati sunt: Vel (vt alij volũt) qm̃ prima feria refrigeriũ mortui habent/ qui purgatoriũ tenent: statimq; in secunda ad pœnas redeunt & laborem. qua de re vt eorũ occurrat̃ laboribus/ missa ꝓ eis secunda feria celebrat̃. Neq; negandum est/ vt asserit Augustinus: defunctorũ aĩas pietate suorũ viuentiũ releuari: quũ ꝓ illis sacrificium mediatori offertur: siue elemosynæ in ecclesia fiũt. Vt aũt gregori⁹ scribit: defunctoꝶ aĩæ quattuor modis soluũtur: Aut oblationibus sacerdotum: aut precibus sanctoꝶ: Aut charoꝶ elemosynis. Aut ieiunio cognatoꝶ ¶ Sacrę vero hostiæ oblationẽ plurimũ defunctis prodesse/ exẽplo ostẽdit. Recitat eñ idem iustu3 monachũ suũ morientẽ tris se habere occultos aureos indicasse: qua ꝑpter cum tribus illis eiusdem corpus eo iubente in latrina sepultu3. Verũtamẽ cuidã ex fratribus ꝑcepisse triginta continuos dies mane quoq; ꝓ iusti anima hostiam in altari consecrare atq; offerre. quibus absolutis iustum cuidam monacho germano suo apparuisse: a quo interrogatu3 qui se haberet: respondisse hucusq; male: iam bene/ ꝙ eo die cõmunionẽ recepisset ¶ Orationes quoq; in purgatorio morantibus longe ꝓdesse is idẽ ostẽdit: Narrat eñ paschasium/ qui vir mirę sanctitatis & virtutis extiterat: in balneis post mortẽ moratũ ad ęgrotantium quidem obsequia. Et a germano capuano episcopo illic repertum: a quo rogatum quid ibi esset/ respondisse: Idcirco eum locum supplicio sibi constitutum: quoniam cum suo tempore duo fuissent summi pontifices electi/ conuenissetq; tandem ecclesia in vnum/ ipse ta=

Missa pro mortuis

Deseruitis elemosynę dicũt

Defunctoru3 animæ

Missa pro defuncto.

Iustus mona.

Orationes ꝓ defuncto.

Paschasius.

men alium ꝑtulit. Posthęc epm orasse: vt pro eius salute oraret: tūcq̃ certior esset/ an exaudita ipus oratio fuerit quū eo dem rediens/ eum non inuenisset. Qđ ita accidit. Sancta igitur & salubris est cogitatio pro defunctis atq̃ oratio vt a pœnis soluātur. Ad qđ exequēdū vestrū quēlibet hortor ac obsecro. Pietas. n. atq̃ misericordia virtutū potissima ē & regina. ¶ Possem vlteri⁹ de hoc mysterio venerādi patres plurima nō spernenda afferre: sed quia notissima vobis omnia esse nō dubito/ ad gratiarū actiones me vertā. Agit itaq̃ vestrę humanitati reuerēdus sacerdos canonicusq̃ modestissimus clæmēs nr̃ grās immortales. Cognoscit. n. lętissimo vultu & hilari fronte vos huc cōuenisse in eius ipsius honorē & laudem: hinc sese oībus & singulis: suaq̃ oīa offert: nec vnq̃ desinet debere cūctis. Nā eius animus erit in vos: liberosq̃ vestros: quē vos esse vultis/ & qui esse debet. Dixi.

¶ Religio quid sit. Vnde dicat̃. Quænā in religione idest dei cultu pio requirātur. De cōmunionis vel Eucharistiæ fructibus. De sacerdotis authoritate & moribus. Tit. iiij.

SI mihi natura vel studium eloquentiæ vim Demosthenis/ copiā Platonis/ iucunditatē Isocratis tribuissent viri clarissimi: vix equidē dicēdo vestras apud humanitates satisfacere possem. Cū insit oībus diuinarū humanarū rerū sciētia/ sapiētiæ munus. Verum ne amici voto repugnās amicitię vinculum: cuius ē idem velle atq̃ idem nolle: dissoluerē. Quid religio sit: Vnde dicat̃: Quęnā in religiōe id ē dei cultu pio reqrant̃. Inde vero de cōmuniōis vel eucharistiæ fructib⁹: De sacerdotis authoritate & moribus/ q̃dā memoratu digna referre ꝯstitui. Qua de re me diligēter audire nemo abhorreat: nō mei tm̃ grā: q̃tū venerādi sacerdotis canonicíq̃ piētissimi Iānutij veteris amore: q mihi eiusmōi ꝓuīciā tradidit. ¶ Est autē religio summa in deū pietas/ summ⁹ honor & cultus: hac em̃ cōditione gignimur/ vt generati nos deo iusta & debita obsequia ꝓbeamus: hūc solū nouerimus: hūc solū sequamur: hoc vinculo pietatis obstricti deo & religati simus: Vnde ipsa religio nomē accepit: quia per eā vni deo religamus animas nostras ad cultū diuinū vinculo seruiendi. ¶ In quo quidē cultu tria requirūtur: Fides/ spes/ charitas. In fide q̃d credēdū. In spe quid sperandū. In charitate q̃d sit amādū Eaq̃ maior ē oībus: q. n. diligit & credit & sperat. Qui aūt nō diligit: q̃uis bona plurima faciat/ frustra laborat. Iis aptis Eucharistiæ fructus iā ꝯsequūtur. ¶ Quoniā igit̃ id sacramentū ad tuitionē corporis & animæ valere certū ē. Nā Christi caro sub specie panis ꝓ salute corporis: sanguis vero sub specie vini ꝓ salute animæ offert̃: deuote cōmunicantes multa cōmoda cōsequunt̃: ꝓcipue tn̄ septē. Quoꝝ quidē primū dicit̃ gratia: quia in eo sacramēto cōtinet̃ Christus: a quo oīs est gratia. Secūdū remissio: remittunt̃ nāq̃ ꝑ idē peccata oīa venialia Quæ ad pœnā obligāt tēporalē. Quocirca moriēs aliqs venialia tm̃ habēs purgatoriū adit: Tertiū satisfactio: ꝓ peccatis. etenim satisfacit. Cum nihil sit in sacrificijs maius: q̃. Christi corpus & sanguis: nec

Amicitiæ vinculum.

Iannutius vetus.

Religio quid.

Cur generati.

Religio vnde.

Fides.

Spes.

Charitas.

Hostia

Calix.

Gratia.

Remissio.

Satisfactio.

Christi corp⁹ & sanguis.

vlla oblatio sit hac potior. Cum omnes quidem præcellat & superet. Ideoq; mente purissima est ea omnipotenti domino offerenda. Quartum defensio: defendit vtiq; id sacramentum preseruando a peccatis futuris. Nam peccatum est quædam mors spiritalis animæ/per hoc autem q Christo coniungit per gratiam roborat ac munit spiritalem vitam hominis. Et inquantum est signum passionis Christi: per quã victi sunt dæmones/repellit ipsorum impugnationem. Quintum releuatio: si enim homo post deuotam communionem rueret in peccatum/facilius ab illo surgeret: q̃ si ante illud non cõmunicasset: quia per sacram cõmunionem anima roboratur & munitur. Ideoq; facilius est forti resurgere q̃ debili. Sextum cibatio: cibat vtiq; id spiritaliter animam: sæpeq; miraculose reficit ipsum corpus. Septimũ glorificatio dicitur: q̃to enim magis anima proficit & crescit in gratia: tanto copiosiorem gloriam promeretur. Eucharistiæ deniq; sacramentum nemo potest conficere: nisi sacerdos: qui rite fuerit ordinatus. Est enim officium consecrandi ex authoritate. Ad presbyterum ergo pertinet sacramentum corporis & sanguinis domini in altario dei conficere: quod certe non in merito consecrantis sed in verbo perficitur creatoris/& in virtute spiritussancti potestas nãq; consecrandi Eucharistiam pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis: qui character indelebilis est omnino. ¶Bonus autem sacerdos conficit sacramentum ad suam & assistentium vtilitatem. Malus vero occultus in sui ipsius damnũ tantũmodo: nihilominus ad assistentium vtilitatem/qui deuote audiunt missam. Sed ab ecclesia precisi atq; heretici in suam & omniũ assistentium damnationem. Magna igitur est sacerdotalis dignitas: magna sacerdotibus data est potestas. Venerandi iccirco & colendi sunt vt patres/vt domini. Ipsi vero pro viribus niti debent nitorem mentis & animæ conseruare: & munde & caste viuere: vt Eucharistiæ idest gratitudinis sacramentum digne conficere possint: & dispensare fidelibus. Quotiesq; voluerit aliquis orationem suam volare ad dominũ: duas illi debet moliri alas. Ieiuniũ & elemosynam: sic em̃ illa ascendet celerius/faciliusq; exaudietur. ¶Preterea sapientissimi patres: quoniam gratitudinis virtus: non solum maxima est: sed etiam mater virtutũ omniũ reliquarum. Nihil est q̃d Iannutius nouellus sacerdos malit: q̃ se & gratum esse & videri. Itaq; scietis eum re ipsa atq; animo fore gratissimũ. Dixi.

Marginalia: Defensio. — Peccatũ quid. — Releuatio. — Cibatio. — Glorificatio. — Cõsecratio. — Sacerdos cõsecrans. — Sacerdotum virtus. — Oratiõis alæ. — Gratitudo.

¶De missæ loco/& tempore/& modo idest calice lumine/& vestibus celebrationi accommodatis: Et q̃d nam mystice significent. Tit. v.



QVid in presenti conuiuio patres optimi potius q̃ missæ mysteria explicarem cogitanti mihi/aliud non occurrit. Cum vestræ prudentiæ nulla re alia huc se contulerit q̃ nouellæ missæ celebratione: de qua iccirco cognitu optima quedam breui iam eloquar. De loco nãq;: & tempore: & modo idest calice: lu=

mine & vestibus celebrationi accommodatis edisseram: quid ea signi ficent aperiendo. Atten dite igitur. ❡ Cum missa nil aliud sit q̃ con secratio Eucharistiæ: Celebranda est opportuno & loco & tempore & modo. Non enim deceret missam celebrari loco non sacro: quia in sa cramēto altarij: quod in missa cōsecratur: ille cōtinetur: qui est sum me sanctus totiusq; nostræ salutis causa. Necessitatis vero gratia lo co etiam non sacro celebrari permittunt iura/ si affuerit tabula con secrata: cæteraq; sancta mysteria ad id pertinentia nō defuerint: habi ta quoq; episcopi venia. Altare autem Christum significat: qui petra dicitur. quod nisi lapideum fuerit/ consecrari non licet. ❡ Tribus au tem horis institutum est celebrari missam. Tertia: Sexta: & nona: quoniam missæ celebratio memoria est passionis Christi: Tertia igi tur celebratur quia hora illa cucifixus est linguis Iudæorum. Et Spi ritussanctus super apostolos venit. Sexta: quia tunc manibus mili tum crucifixus & immolatus est. Nona: quoniam eo tempore in cru ce pendens emisit spiritum. Missæ, deniq; sacramentum ad gratiæ tē pus pertinet: quod per diem significatur: iuxta illud Apostoli: Nox præcessit: Dies autem appropinquauit. Ideoq; celebrari debet artifi ciali die ab aurora incipiendo: Non autem nocte: excepta illa domi nici natalis. ❡ Modus vero in missa consideratur respectu calicis/ lu minis/ vestium. Itaq; lapideo calice propter eius ineptitudinem ce lebrare non licet: nec ligneo propter humiditatem: nec vitreo pro pter fragilitatem: nec æreo vel orichalceo: quia vini virtute ærugi ne afficerentur: qua vomitus prouocari posset: qua de re calix esse de bet: vel aureus: vel argenteus: vel si egestas inerit stanneus. ❡ Sine igne celebrari non licet: propter ipsius ignis significationem: signi ficat enim dilectionis feruorem per quem Christus pro nobis obla tus id sacramentum instituit. Ignis lumen & calor significant: quod sacramentum ipsum operatur in rite celebrante & digne suscipiente illuminationis augmentum in intellectu: charitatisq; feruorem in affectu. ❡ Neq; vllus celebrare audeat sine vestibus ab episcopo be nedictis: itaq; sacratæ esse debent/ & honestæ: quibus in alijs q̃ eccle siasticis vsibus: & deo dignis officijs/ nemo vti debet. Sunt autem eæ sex & episcopis & presbyteris communes: Amictus: Alba: Cingu lum: Stola: Manipulus: Casula. Quocirca sine ijs celebrans longe peccat. Oportet inde optimos sacerdotes esse & diligentes: ne ab ec clesia instituta prætereant. ❡ Quædam vero ex ijs quæ in missæ cele bratione requiruntur ad incarnationem pertinent: quædam ad pas sionem/ quædam ad resurrectionem. Amictus in capite diuinitatem humanitate amictam repræsentat. Caput enim Christi deus est. Al ba camisia vitæ nouitatem significat: quam Christus habuit docuit & tribuit in baptismo. Cingulum Christi iustitiam denotat: iuxta il lud propheticum: & erit iustitia cingulum lumborum eius. Mani pulus in leua positus/ per quā vita præsens designatur/ indicat Chri stum in via portasse virtutum & meritorum manipulum. Stola quæ

Missa quid. Missæ locus. Altare quid. Missæ tēpus. Tertia. Sexta. Nona. Missæ tēpus. Missæ modus Calix. Ignis. Lumen calor. Vestes. Amictus. Alba camisia. Cingulum. Manipulus. Stola.

collo sacerdotis incumbit obedientia: notat: quã christus propter hu
Casula
mani generis salutem subijt factus obediens vsq; ad mortem. Casula
vero/ quæ alijs supponit/ xpi charitatem significat: quæ omnis alias
Eleuatio ho- stiæ.
virtutes excellit: ¶ Eleuatio autẽ sacratæ hostiæ eleuationem christi
in cruce representat: Demissio eius depositonem e cruce: Positio sup
Palla
pallam inuolutionem in syndone munda: Palla enim syndonem rep
Altare
sentat. Altare crucem significat: Calix sepulcrum: Patena lapidẽ: quo
Calix
sepulcrum fuerat clausum. Agnus dei ter repetitur/ ad significandum
Patena
ꝙ nobis petimus/ cognitionis/ locutionis/ & operationis peccata di
Agnus dei
mitti: remissione quorum æternam pacem adibimus. Missam deniq;
Missę institu- tio.
beatus petrus apostolus primus oĩm antiochiæ dicit celebrasse: Alij
post alia addiderunt ad solẽnitatẽ: & decorẽ. Missam prȩterea die do
Missa quãdo audienda
minico/ alijsq; celebrandis & obseruandis diebus sȩculares audire in
tegram debent/ ita vt ante sacerdotis benedictionem nõ abeant. Au-
dienda est humiliter reuerenter & deuote/ vt dei gratiam conseq̃mur.
Sacerdotis officium
¶ Et qa quo sacerdotes fuerint digniores: eo facilius in necessitatibus
pro qbus clamãt/ exaudiũt: Idcirco sacerdos qsque id cogitare/ id loq:
id opari debet: quod ad sui & aliorum salutẽ accedat. Nam bonus sa
cerdos conficit sacramentum ad suam & assistentiũ vtilitatem: Mal⁹
vero in sui ipsi⁹ dũtaxat ærumnã & calamitatẽ. quod ne fiat cauete ẽt
atq; etiã oro. ¶ Quicqd demũ officij: beneficij/ & honoris/ in Lucę sa
cerdotis q̃ optimi gratiam & cõmodum cõtulistis: Id oẽ ita est ani-
mo eius impressum: ꝙ ex amico amicissimum fecistis. Qua propter
nihil existimetis esse tam difficile/ quod pro vobis ei susceptum nõ iu
cundum & facile sit futurum: quod quidem re ipsa q̃ verbo faciet libẽ
tius. Dixi.

¶ Eucharistiæ gratia: Et quare id sacramentum post cœnam domi-
nus discipulis dedit. Exin quomodo eius est res gemina. Titulo: vi.


Orresco prudẽtissimi pr̃es dictur⁹ de sacratissĩo xpi corpe:
res. n. ẽ vltra ĩgenij acumẽ nõ mõ mei: sed mortaliũ q̃rũcũ
q;: frȩt⁹ tñ tonãtis ope/ apire experiar eucharistię gr̃am: Et
quare id sacramẽtũ dñs post cœnã discipulis dederit. Exin
quomodo eius est res gemina. post hæc ad gr̃aꝝ actiones me vertam.
¶ Post sacramentum baptismi & confirmationis sequitur eucharistię
Baptisma
sacramentum: qm̃ p baptisma mundamur: id. n. ad remissionem va-
Eucharistia
let: Per eucharistiam in bono confirmamur. Baptisma ęstus vitiorũ
extinguit. Eucharistia spiritaliter reficit: Vnde eucharistia bona gr̃a
dicitur: quid. n. melius corpore & sanguine xpi? In hoc etenim sacra-
mento non modo est augumentum virtutis & gratiæ: sed ille tot⁹ su-
Eucharistia cur post cœnã
mitur: qui est fons & origo toti⁹ gratiæ. qua de re quicũq; reliose gu
stauerit/ corruptionẽ non videbit. ¶ Exponam modo magnifici viri
Cur dominus id sacramentum post cœnam discipulis dederit. Aduer
tite igitur. Id ideo post alia dedit: vt vnum altius memoriæ discipu-
lorum infigeret: ab ecclesiaq; deinceps frequentaretur. Nunc autẽ po
tius ab ieiunis sumi oportet: vt reuerentia singulari discernatur ab

alijs cibis: quod quidē dn̄s apostolis/ per quos ecclesiam dispositur⁹ erat disponendū & docendū reliquit. ¶ Eiusmodi preterea sacramenti gemina est res. Vna. s. contenta & significata: Altera significata & nō cōtenta. Res contenta & significata est caro Christi: quā de virgine traxit: Et sāguis quē pro nobis fudit. Res vero significata & non cōtenta: est Vnitas ecclesiæ in prędestinatis/ vocatis/ iustificatis & glorificatis. ¶ Decreuerā quoq; reuerendi partes exponere cur sint duo sumēdi modi: & an christi corp⁹ & sanguis a bonis tātūmodo sumi debeat: Verū ne tędio sim ijs omissis ad gratiarū actionē diuertā. fuistis enim adeo prōpti faciles & benigni in hac nouellę missę celebratione/ quo reuerendo fratri Leonardo & honori & iucūditati essetis: vt is periculū fortunarū & capitis sui pro vestra salute negligere debeat. Sicq; vobis gratiā referre non possit: habeat semper. Dixi. Rex gemīa.

De Corpore & Sanguine Christi: an vere in altari sint. Quare sub alia specie sacramentum dn̄s celebrauit. Cur sub duplici specie sumitur. & Vbinā accidētia illa fundentur. Tit. vij.

ADuertens hodie suauissimi patres aliquid ex consuetudine dicēdum esse: non sponte quidem: veruntamen aliquorum hortatu & precibus: breui expediam. An verum christi corpus & sanguis in altari sit: Ad quid sub alia specie sacramentum dn̄s celebrauit: & celebrandum instituit: Qua de re sub duplici specie sumitur. cuz sub alterutra totus sit christus. Vbinam accidentia illa fundentur. Exin ad gratias reuertemur. ¶ In specie panis & vini quā videm⁹: res inuisibiles id est carnem & sanguinem honoramus: panis enim est in altari visitatus ante verba sacra: vbi accessit consecratio: de pane fit christi caro: de vino sanguis. Ex ijs igitur constat verum christi corpus & sanguinem in altari esse. ¶ Sub alia autem specie tribus de causis tradidit christus carnem & sanguinem: & deinceps sumendum constituit. Vt fides. s. habeat meritum: quæ quidem est de his quę nō videntur: ne etiam abhorreret animus: si cerneret oculis carnem crudam & sanguinem mādere. Et ne ab incredulis religioni insultaretur: si cruorez occisi hominis libaremus. iis igitur causis in similitudinem accipimus sacramētum. ¶ Sub duplici vero specie sumitur christus q̄uis sub alterutra totus insit: Vt ostendatur totam humanā naturam assumpsisse: vt totam redimeret: Panis enim ad carnem refertur: Vinum ad animam. Ideo igitur duplici specie celebratur vt animę & carnis susceptio in christo vtriusq; liberatio in nobis significetur. Valet enim ad tuitionem corporis & animę qđ percepimus. Nam caro christi pro salute corporis: sāguis vero pro anima nostra offertur. Nec debent dici duo sacramenta: sed vnum. Quoniam sub vtraq; idem sumitur specie. ¶ In quo autem subiecto fundentur accidentia illa quę remanēt Species: sapor: & pondus: fatendum est existere sine subiecto: q̄ ibi non est substantia nisi corporis & sanguinis domini: quæ quidem accidentibus illis haud afficitur: quoniam christi corpus in se talem formam non habet: sed qualis in iudicio apparebit. In quo iudicio ne diuina iustitia impiorū numero ascribamur: Cauere debem⁹ ne efferamur ira: ne superbia tumidi simus: ne libidini seruiamus. Alienam mulierem sancte videa=

Panis vinū

Sub alia specie cur.

Sub duplici specie

Panis vinū

Caro sāguis

Accidentia vbi

qđ vitādū3.

mus: Nihil indecorum appetamus. Nō alienoꝝ cupidi non inuidi sim⁹ Verum misericordes: benefici: mites: humani: paxqꝫ in animo nostro ꝑpetua versetur: presertim in sacerdotibus christi ministris: quoniam dei donum est integritas animi: Sacrificium laus & hymnus. ¶ Preterea benignissimi patres Aduertens venerabilis sacerdos Antiochus eius nouellæ missæ celebrationem a cunctis summa cum hilaritate & animo prompto ac læto honestatam se cuilibet obnoxium reddit & debitorem perpetuum: Oratqꝫ dei numina sibi concedant: ex animi sui sententia in melius vestris in eum officijs posse referre gratiam. Dixi.

¶ Nonus Sermonū Libellus de Spōsalibus & Matrimonio: Cōtinet Sermones nouem.

Vxorem non ducendam. Tit. i.



Aepius cogitanti mihi: quot qualia: quantave cōnubio nascantur incommoda Quīte Fili (Quid eī angustiarū habeant Nuptiæ didici ipsis nuptijs) par esse visum est dissuadere tibi coniugia. Itaqꝫ reꝫ ipsam breui absoluam: Exordium sumens a Catone illo vticensi dicēte: Si absqꝫ femina posset eē mūdus: conuersatio nostra non esset absqꝫ dijs. hinc & Hieronymus sanctus: mihi crede: corde cum dño habitare non possunt qui mulierum accessibus copulantur. Quod quidem facile prim⁹ homo veꝝ esse ostēdit: Is enim post familiaritatem & colloquium dei: vnius pomi cupiditate agente femina superatus: delitij locum perdidit. Est nanqꝫ insani capitis & præcipitis femina: inde precipuum arbitratur: quicquid menti occurrerit: & volūtas illi pro ratione habetur. Quocirca impudens: inhumana: inconstans: intolerabilis: impia: morosa admodum: iurgiosa: iracunda: molesta per diem perqꝫ noctem solet esse. Quod ēt de Xanthippe Socratis sapientissimi vxore accepimus: Nam cum in eum prius conuicia & maledicta iaculata esset: postmodum & sordidis aquis perfudit. Mirantiqꝫ & dicenti Alcibiadi: quenam ratio esset cur mulierē tam acerbam domo non exigeret: quoniam inquit Socrates: quum illaꝫ domi talem perpetior: insuesco vt ceterorum quoqꝫ foris petulantiam & iniuriam facilius feram. Si ergo Socrati cuiusmodi fuit vxori: quid alijs quid tibi euenerit. ¶ Siue nobilem siue diuitem nactus fueris: vtraqꝫ grauis molestaqꝫ erit: dabit enim affectus plurimos: viroqꝫ imperabit. Cum nil sit diuite femina intolerabili⁹ nil nobili arrogantius: cum dote nanqꝫ maiores suos eorūdenqꝫ gesta & supercilium numerat in tui contēptū atqꝫ iuidiā palā sepius corāqꝫ pluribus nulla viri rōne habita. Quapropter & martialis inquit: Vxorem que re locupletem ducere non licet. Quæritis: vxori nubere nolo meæ. ¶ Si pauperem plæbeiāqꝫ duxeris: nec vtilis tibi: nec digna fuerit. Infelicē nāqꝫ vitam ages vbi liberos ciuiliter educare non poteris: puellasqꝫ nuptui tradere ex sententia: hinc optime seruus ille apud Menādruꝫ inquit: Quā extreme infelix est: Quisquis in egestate situs q̄rit liberos. Ideoqꝫ ab vxo-

Mulieꝝ cōuersatio.

Mulieris cap.

Mulieris vicia.

Xanthippe Socratis.

Femina diues.

Mulier nobilis.

Vxor locuples.

Vxor pauꝑ.

ris congressione contineat. ¶ Quicunqꝫ præterea seruitutem q̄ libertatẽ optauerit: vxori inhæreat. Dicente Apostolo Iunctus es vxori: non queras solutionem. Solutus es: non queras vxorem. i. alligationem que solutioni ꝯtraria est: Qui igitur seruit officio ꝯiugali vinctꝰ est: q̄ victꝰ ẽ Seruꝰ est. Qui tamen solutus fuerit: liber erit: cumqꝫ libertas ipsa potestas sit viuendi vt velis: Seruitus in qua nulla fęlicitas postremum malorum omnium non modo bello: sed morte etiam repellendum vt adsit felicitas: q̄ in coniugio nulla: Vnde Phoroneus rex ait Leontio fratri suo: Ad summam fęlicitatem nihil mihi deesset: si vxor mihi semper defuisset. Mitio qꝫ in Adelphis: Et quod fortunatum isti putant: Vxorẽ nunq̄ habui: Metellus item Mario respondit: (Cum eius filiā dote diuitem: forma nobilẽ genere claram: fama fęlicem: ducere noluit) Malo meꝰ esse q̄ suꝰ. Cui Marius: Immo ipsa tua erit At ille: Immo virꝫ oportet vxoris esse. Marcꝰ etiā Cicero post repudium Terentię vxorem aliam haud voluit dicens: Se pariter vxori & philosophiæ operam dare non posse. Est enim nociuum genus fęmina (vt Hieronymus ait) & via iniquitatis: itaqꝫ si cuꝫ viris fęminæ habitant: viscarium non deerit. Sathanæ. Icircoqꝫ nuptę thalamus (vt ille scribit) sẽꝑ lites habet: iurgiaqꝫ alterna: & ĩ illo dormitur minimū Vbi vxor pomposa tota nocte ita conqueritur: Illa ornatior procedit ĩ publicum: hęc honoratur ab omnibus: Ego ĩ fęminarum conspectu misella despicior: Cur vicinam aspiciebas: quid cum ancilla loquebaris: & cętera huiusmodi. ¶ Si castam quęris: illud admoneo: optimam fęminam esse: quę rarior est Phęnice. Quælibet enim negat: nulla pernegat: Hinc Martialis illud.

Quæro diu totam Sophroni Ruffe per vrbem:
Siqua puella neget: nulla puella negat.
Tanq̄ fas non sit: tanq̄ sit turpe negare:
Tanq̄ non liceat: nulla puella negat.
Casta igitur nulla est? castę sunt mille: quid ergo
Casta facit? non dat: non tamen illa negat.

Summis ac minimis igitur eadem pariter est libido: nec enim melior plębeia nobilis: Nec diues inope & contra. Testatur id Iulia diui Augusti filia: nam vulgo potestatem corporis sui fecit. Cumqꝫ conscij flagitiorum mirarentur: quo modo similes Agrippę filios procrearet: ait. Nunq̄ enim nisi naui plena tollo vectorem. Testatur item Seruilia. Mar. Bruti mater: Catonisqꝫ iunioris soror: Ea siquidem cuꝫ Dictatore Iulio Cęsare (addita quoqꝫ Iunia tertia filia: eademqꝫ. C. Cassij vxore) reꝫ habuisse legitur ¶ Rite igitur Bias quum rogatus esset a quodam deberet ne vxorem ducere: an vitam viuere cęlibem: inquit: Aut pulchram duces: aut deformẽ: Si pulchram habebis communem: Difficile nanqꝫ custoditur: quod multis placet. Sin turpem habebis pęnam. Neutrum autem bonum propter alterutrum incommodum: quod necessario patiendum erit ei: qui duxerit. Non est igitur ducenda vxor. ¶ Vnde & Thales sapientissimus: quum rogaretur: Cur filios non procrearet: ꝙ filiorum amore non teneretur respondit. Vrgentiqꝫ matri: vt se matrimonij vinculis astringe=

Seruitus in vxore.
Libertas qd Seruitus.
Phoroneus rex.
Vxoris carentia.
Metellus ad Marium.
Cicero de vxore.
Fęmīa qd.
Vxorꝫ q̄relę
Castę paucę
Iulia Augusti.
Seruilia.
Iulia cassij.
Biātis dictū
Pulchra.
Turpis.
Thales de vxore.

ret: adhuc intempestiuum esse dixit: Emensa fere inuenta: quum illa acrius instaret: Iam inquit intempestiuum est. ❡ Diogenes quoqȝ rogatus a quodam: quo tempore ducenda sit vxor: Iuuenibus ait nondum: senibus vero nunq̃. Laudabat etiam: qui vxorem ducturi fuissent: & non ducerẽt: ❡ Socrates vero consulenti vtrum melius esset vxorem ducere: necne: Vtrumuis horum inquit egeris: pœnitentia incesset. Id autem verũ esse Arius ille Indicat: Cum.n. Pacuuius flens Ario vicino suo diceret: Amice arborem habeo in horto meo infęlicem: de qua prima vxor mea se suspendit postmodum Secunda. Iam nunc Tertia: Illi Arius: Miror te ĩ tot successibus lachrymas inuenisse. Et iterum: Dij boni: quot tibi suspẽdia arbor illa suspendit. Et tertio: Amice dede mihi de arbore illa surculos: q̃s seram: Timeo igitur Quĩte fili: ne de te oporteat arboris illius surculos mendicare: quum iam inueniri non poterunt. Nam quum tibi difficilis contumax/ĩcurabilis vxor/vt Socrati: vt mihi/vt alijs acciderit: Nec vllo pacto Socrates eris: qui morosam coniugem/& ĩsanos liberos nactus cum eis comiter atqȝ humaniter vixit. Tunc arborem illam frustra perq̃res. Vnde postea velis nolis ferre iugum submissa ceruice te oportuerit. Vti &. Themistocli atheniensi euenit: Nam quum sibi filius matris ĩtercessione plęraqȝ iuberet: O vxor inquit: Athenienses gręcis imperãt: Ego atheniensibus: Tu mihi: Tibi filius. Quod idem fere Cato senior imitatus ait: Omnes vxoribus imperant: Nos omnibus hominibus: Nobis autẽ vxores. Itaqȝ recte lycurgus inter lacedęmonum leges statuit: Virgines sine dote nubere: ꝗ seuerius matrimonia sua viri coercerent: quũ nullo fręno dotis tenerentur. ❡ Cũqȝ Varro de officio mariti scripserit: Vxoris vitium aut tollendum: aut ferendũ esse quiqȝ tollit vitiũ/vxorẽ cõmodiorem ꝑstare: qui fert/sese meliorem facere: Nec tollere id/ nec ferre tu poteris. Natura enim semper est: neqȝ mutatur. Et hi facilius curari possũt qui ꝑ assuetudinẽ: q̃ q natura incontinentes sunt: Est nãqȝ facilius consuetudinem q̃ naturam mutare: vt in Ethicis legitur: Natura siquidem nõ in nostra est potestate. Habebis inde vxorẽ: de qua vel hic/vel ille aliquando fiat pater: cum mulier ad voluptates propensior sit. Et modeste viuere: pręsertim iuuenibus non sit iucundum. Qua de re ĩ facie purpurissus & cerussa apponuntur: quorum alterum ruborem genarum/labiorumqȝ mentitur: Alterum candorem oris & colli. Est enim impudicissimus mulieruȝ affectus. Vnde semper in gemmis/semper in lapidibus/semper in ornamentis extrinsecis gloriam ponunt: Vt oculi virorum aurum contemplantes & gemmas/tandem figantur in faciem: quo facilius incitent ad libidinosa incendia. Alienos itaqȝ vt curuca/pro tuis filios educabis: Cuculus enim in curuce nido (vt aiunt) pariens illius oua esũ absumit: Curuca inde cuculi oua: vt sua: fouet & excludit/& educat. ❡ Diceres autem custodes aderũt: quos quidem vinolentia/mollities & pigritia minime decet: quoniam ridiculum esset: custode indigere custodeȝ: Ab illis ergo incipiet: mulier namqȝ vnico potius oculo contẽta fuerit: q̃ viro vno. Decipieris igitur: quod primo incommodum: iterum stultum: Tertio turpe. quid enim tu[illegible]ius q̃ illudi? ❡ Et cum nulla fere causa sit: ĩ qua

Marginal notes: Diogenes de vxore — Socrates de vxore — Arbor pacuuij. — Socratis liberi — Themistoclis vxor. — Cato de vxore. — Licurgi leges. — Vxoris vitium. — Natura. — Mulieris voluptas. — Purpuriss⁹ cerussa — Mulierum affectus. — Curuca — Cuculus. — Custodes. — Decipi malum est.

Litem fęmina mouere non soleat: nunq̄ profecto quies apud te erit integra, vxore iugiter obstrepente: totiusq; viciniæ dicta factaq; inuito etiam referente: Siq; audire nolueris, silentium ve indixeris furore concita intonante. E diuerso nec ipsa propriæ domus secreta viciniæ vnq̄ tacebit: vt illæ in apuleio: Quarum vna inquit: At ego misera, primum patre meo seniorem maritum sortita sum: dein cucurbita caluiorem: & quouis puero pusilliorem: tum cunctam domum seris & catenis obditam custodientē. Suscipit alia: Ego vero maritum articulari etiam morbo complicatum, curuatumq;, ac per hoc rarissime venerem meam recolentem sustineo: de tortos & duratos in lapidem digitos eius perfricans: fomentis olidis, & pannis sordidis, & fędis cataplasmatibus manus has tam delicatas adurens: Nec vxoris officiosam faciem, sed medice laboriosam personam sustinens. Ideoq; non iniuria Cato senior dicere solitus: tribus in rebus per omnes vitę suæ partes pœnitentiam egisse. Primum si mulieri quicq̄ arcanum aliquando credidisset. Secundum, si aliquo naui traiecisset, quo pedestri itinere sibi proficisci licuisset. Tertium si qua dies ei per incuriam inanis effluxisset. ¶ Adde vlterius, q̄ inuita obstanteq; cōiuge nil donare, nil vendere, nil emere, nil deniq; agere sine felle poterꝭ. Saluaq; socru desperanda tibi concordia: quod expertus aliunde testimonia non exquiro. ¶ Si præterea filios tibi sors dederit, aut probos, aut īprobos: omnino perrenni luctu non carebis. Dicente Socrate Alcibiadi illa Inuenies nonnullos homines: qui filios votis exoptant: At quum filios adepti sūt in calamitates doloresq; maximos incidunt. Nam plęriq; cū nati per omnem ętatem improbi perseuerent: vniuersam vitam męrore conficiunt: Qui vero probos filios nacti: aduerso quodam casu illis orbantur: hinc nihilominus q̄ superiores illi miseri sunt: vt prorsus eligerent nunq̄ se filios genuisse. Quod sane. Qu. Hortensius orator temporibus suis romanę eloquentiæ ornamentum, verum esse non ibit inficias. Nam filium potius in tormento animi, quam in voluptatibus reponebat: Cum eius impietatem suspectam & nequitiam inuisam haberet. Clari quoq; generis, magnæq; dignitatis vir Fuluius, auxilium Senatus implorauit: vt suspectus in parricidio filius, & ob id latens, per triumuirum cōquireretur Qua de re iussu patrum conscriptorum compręhensus est. Vtq; in Ethicis legitur: Qui trahebatur a filio, sistere iubebat in ostio: se etenim patrē eousq; traxisse dicebat. Hæc ij passi fuerunt: cum dicente philosopho: honor parentibus vt dijs tribui debebat. ¶ Quintus autem Martius rex superioris Catonis in consulatu collega filium summę pietatis, magnę spei & quæ non parua calamitatis accessio fuit: vnicum amisit: q̄ misera igitur eius perpetuo vita fuerit, tute ipse expendito: cum parentes diligant filios, vt aliquid sui. Sed quid Aemilio paulo euenit? Nonne duos ei egregiæ indolis filios fortuna abstulit: quorum alter triumphum patris funere suo quartum ante diem pręcessit: Alter in triumphali curru prospectus post diem tertium expirauit: Nihil enim quicq̄ homini tam prosperum diuinitus datum: quin admixtum sit coniugatione quadam mellis & fellis: q̄ vbi, huber, ibi tuber. ¶ Afferrē in hac re plura: ni passim & tu Quin

Vxorꝝ q̄rele
Catonis pęnitentia.
Vxoris obstaculum.
filiorꝝ luct⁹
filiorꝝ luct⁹
Q. hortēsi⁹
Fuluius
Qui patrē traxit.
Parentum honor.
Q. Marius.
Parentes.
Filij.
Paul⁹ emil. nihil ē oīno prosperum

te fili nostra quoq; in vrbe tetriora conspiceres: quibus omissis vt aliquã-do finem orationi imponam: Illud tãtum etiam atq; etiam moneo: quo liberior/tuoq; iure non alieno viuas: Et quo Vxorum iurgia/lites: impe-ria: multiloquium: perfidiam vites: filiorumq; aut mortes: aut calami-tates: coniugia velut Aspidum Canis ve rabidi morsus effugito. Dixi.

¶ Vxorem Ducendam esse. Tit.ij.



Ontendunt plurimi vxorem vllo pacto ducendam minime: Ego vero longe secus edisseram: si attentos aduertam. Adeste igitur viri prestantes. Triplici quidem causa matrimonium rem esse vtilem sapientissimi censent: Prima est: Susceptio prolis: Nam genitalem corporis partem (quod nomen ipsum docet) nulla alia causa nisi efficiendæ sobolis accepimus: Et duo sexus ge-nerandi causa sunt instituti. Qua de re Deus coniugium inter primos parentes instituit: quibus benedicẽs ait: Crescite & multiplicamini & re-plete terram. Quod item & Zeno asserens in repu. sua vxorem ducturum sapientem procreandorum liberorum causa: inquit: Qua etiam ratione ductus Cato senior Solonij scribæ filiolam duxit vxorem: quod cum Ca-to filius ægre tulisset: accersitis socijs patrem conuenit veniamq; depreca-tus est: siquid in eum parauisset quo subiratus ac dolens ei nouercam in-duxisset. Cui Cato meliora dic inquit fili charissime: omnia sane tua iucũ-ditate me quadam afficiunt: Et quod tibi succenseam nihil est. Sed huius rei consilium cepi: Cum multos mihi quidem natos patriæ vero tibi per similes ciues relinquere cuperem. Ex illis itaq; nuptijs Catoni filius ex ma-tris cognomento Salonius ortus est. Alter vero natu maior: Pretor desi-gnatus patre viuo extremum obijt vitæ diem egregios de iuris disciplina libros relinquens: vnico tantum filio superstite: qui satis vehemens ora-tor fuit: multasq; orationes ad exemplum aui scriptas reliquit. Salonius vero genuit. L. Catonem: &. M. Catonem: is. M. Cato tribunus pleb. fuit: Ex eoq; natus est. M. Cato pretorius & philosophus: qui se bello ciuili vti-ce interemit. Patet igitur optimum fuisse Catonis cõsilium: nisi enim vxo-rem alteram accepisset: in eius familia tot tantiq; viri prestantes: & Cato iunior non fuissent. Socrates etiam sapientissimus prolis gratia Xantip-pen vxorem habuit. Dicentiq; Alcibiadi non esse tolerabilem tam moro-sam ait: An vero tu non toleras clamore perstrepentes anseres: Illo dicen-te At mihi oua pullosq; pariũt: Et mihi ait Xantippe filios gignit. ¶ Ari-stoteles quoq; & Nicomachum puerum: & puellam ex qua Herasistratus natus est medicus insignis: liberos suos reliquit: recte igitur Claudianus Nascitur ad fructum mulier prolemq; futuram. ¶ Secunda matrimonij causa: post primi parentis peccatum instituta fuit Vitatio. s. fornicatio-nis. Vnde Apostolus: propter fornicationem vnusquisq; hereat vxori. Est itaq; laudabile coniugium: quod ni esset Christus ipse nuptijs haud in-terfuisset: quas etiam miraculo commendauit Aqua in vinum conuer-

Matrimonij causæ.

Zeno de vxore.

Cato cur maritus.

Salonius.

cato vticeñ

Socrates cur vxorem

Aristotelis liberi

Herasistratus

Mulier cur nascitur.

Matrimõij cã secunda.

Xps nuptijs interfuit

Cõiugiũ qd

sa. Est enim coniugium signum spiritalis coniunctionis: qua inter se cõiuges iungi debent. Vnde Aurelius Augustinus admonet: viros diligere vxores: vti seipsos. Tertia causa est: quoniam vt Genesi legitur: haud bonum est hominem esse solum. Hinc & Philosophus in Ethicis docet: homines subire coniugium: non solum procreationis: sed eorum etiam gratia: quę ad ipsam conferunt vitam: officia nanq; continuo sunt diuisa: atq; alia viri alia sunt vxoris. Opem itaq; sibi mutuo ferunt res proprias in communi ponentes. Et solitario difficilis est vita: siquidem non facile est per seipsum continue operari: quoniam imbecillis est: nec per se potest sine homine viuere: Vnde societatem appetit: vt vita communis ornatior fiat & tutior. Pręterea quoniam Soboles ciuitati necessaria est: Cuius seminarium quoddam est coniunctio maris & fœminę: rite Senatus populusq; Romanus ad prolem populi frequentandam pręmijs atq; inuitamentis vsus fuit: Tunc enim antelati sunt quibusdam in reb⁹ qui vxores: quiq; liberos haberent: senioribus neq; liberos neq; vxores habentib⁹ Nã si priori ex ꝯsulib⁹ fasces sumẽdi ptãs fiebat: nõ q pluris ãnos nat⁹ eẽt sȝ q plures liberos q̃ collega: ãt i sua ptãte hẽret: ãt bello amisisset. Sȝ si par vtriq; numerus liberorum erat: Maritus præferebatur: Si vero ambo & mariti & patres totidem liberorum fuissent: tunc qui maior natu erat prior fasces sumebat. Quis ergo coniugia non amplectatur: Cum & ciuitas sine matrimoniorum frequentia salua esse non possit: Et maritis honor & dignitas maior insit? Recte iccirco Metellus Numidicus in cẽsura: populum ad matrimonia capessenda exhortabatur. ¶ Et licet nõnullas plęrumq; in matrimonio molestias esse dicant: Scito illas & paruas & leues facilesq; toleratu esse: maioribusq; eas emolumentis & voluptatibus deleri Easdemq; ipsas neq; omnibus: neq; naturę vitio: sed quorundam maritorum culpa & iniustitia euenire: Nec omnia mortali viro ad votum ĩ vita succedere facile est: ꝙ vnicuiq; dedit vitium natura creato: vt ille inquit. Nec etiam quicq̃ difficilius: q̃ reperire: quod sit omni ex parte in genere suo perfectum. Itaq; sine vitio aliquo non solum mulier: sed vir ipse quidem a quo virtus dicitur: difficilis est inuentu. ¶ Cęterum ꝙ Bias ille dixerit: Aut pulchram duces: aut deformem: Si Pulchram habebis communem: Sin Turpem: habebis pœnam: Non est igitur ducenda vxor. Respondeo: si formosam duxero: non habeo pœnam: Sin deformem nõ habeo cõmunem: Ducenda est ergo vxor. ¶ Quod aũt aliqui dicant Vxores maritis imperitare: falsum ostendam: quoniam Augustinus ait: Ordinem esse naturalem in hominibus: vt seruiant fœminæ viris. Et Ambrosius illud: mulierem constat subiectam esse dominio viri: & nullam auctoritatem habere. Et Isidorus illud: Fœminæ dum maritantur: ideo velantur: Vt nouerint se semper viris suis subditas esse debere: & humiles. Sed ꝙ aliquãdo imperent: inde est: ꝙ mulieres multę multis viris ad multa ꝑstantiores: vt Plato ait. Ne ergo tibi vxor impet te virum ꝑstabis ¶ Vbi vero impudicę mulieres argui solent: audi Hieronymũ: Qđ non licet fœminis ęque nõ licet viris: & eadẽ seruitus pari conditione censetur

Vxor diligẽda est

Coniugij cã tertia

Solitarii vita.

Senatus de Maritis.

Consules q̃ digniores.

Matrimõij molestiæ.

Vitiũ cuili bet.

Bias.

Fęmię viris seruiant.

Cõiũx vter q; castus sit

Et Apostulum: Vir potestatem sui corporis non habet: sed mulier: Nec mulier sui: sed vir eius. Siquis igitur honorabiles nuptias: & cubile imaculatum quærit: se quoq; & castum & pudicu3 vxori exhibere debebit: Sic enim secunda matrimonij causa vitatio fornicationis hincinde seruabitur. Nec ob aliam causam Deus: cum cæteras animantes suscepto fœtu maribus repugnare voluisset: solam omnium mulierem patientem viri fecit: Scilicet ne fœminis repugnantibus libido cogeret viros aliud appetere: eoq; facto castitatis gloriam non tenerent. Seruanda igitur fides ab vtroq; alteri est: Exemploq; cõtinentiæ docenda vxor: vt se caste gerat: Iniquum est enim vt id exigas: quod ipse præstare non possis. Et vxor quu3 in tale incidit matrimonium prauo exemplo cõcitata: aut imitari se putat: aut vindicari. Cauendum ergo ne occasionem vitijs nostra intemperantia demus: Nam fere in hoc iustitiæ summa consistit: vt non facias alteri quicquid ipse ab altero pati non vis. Illudq; te non fugiat: nec tantum alienis thoris: quos attingere non licet: verum etiam publicis vulgatisq; corporibus abstinendum deum præcepisse. ¶ Et quando potissima causa in matrimonio procreatio prolis vt patuit: Quo filij robustiores procreentur: Socratis illud Platonici obseruandũ censemus. Præcipit nãq;: vt mulier ab vigesimo ætatis anno incipiens: vsq; ad quadragesimum pariat. Vir autem postq̃ acutissimum sui cursus vigorem transierit annos sane triginta: Inde vsq; ad annos quinq; & quinquaginta procreet. Ciuitasq; vniuersa precabitur: vt ex bonis meliores: ex vtilibus vtiliores nascantur. ¶ Præterea ꝙ educatio eruditioq; bona seruata: ingenia quoq; bona efficit: patribus & primo & maxime deus præcipit: vt nullius rei maiorem cura3 custodiãq; suscipiant: q̃ maiorum: Statim ergo a primis annis pueri honestis iocis assuefiant: Nam si minus decentibus assuescant: nunq̃ legitimi: probiq; viri euadere poterunt. ¶ Cũq; gloria patris: filius sapiẽs: Et non parui sit apud deum meriti bene filios educare: parentesq; longe honorabiliores sint: qui liberos erudiendos curãt: his: qui solum genuerũt ꝙ hi viuendi tm̃ illi etiam bñ beateq; viuẽdi auctores sunt: Imitari Catonem seniorem debemus: Qui sane filium cumprimum per ætatem intelligere potuit: Litteris erudiuit. Et licet Chilonẽ gratiosissimum seruũ suum grammaticum haberet: qui compluribus ludum pueris aperuerat: Ipse tamẽ litterarũ pceptor fuit: Ipse leges edocuit: Ipse exercendi corporis magister: non modo iaculandi: tractandi arma: & equitandi: sed etia3 pugno dimicandi: & calorem & frigus tolerandi ac rapidos gurgites & asperrimos fluuios intrandi artes ostendit. Ab verborũ quoq; turpitudine pñte puero sic temperauit: quasi vestalibus Virginibus Arbitris locuturus esset: Vt ille in vita quasi quoddam speculum intuens: ab operum simul & sermonum turpitudine penitus se auerteret. Themistocles etiam Filiũ suum Cleophantum in equestri Facultate strenuum ita effecit: Vt eqs rectus insisteret: Rectusq; ex equo iacularetur: Cæteraq; pmulta stupenda perficeret. Aristides quoq; filium suum lisymachum in omnibus: quæ præceptores vlli profiterentur: optime atheniensium omnium eruditum euadere voluit: Pericles item vir magnopere sapiẽs duos filios educauit:

Margin notes: Cur sola mulier prægnans recipit virum. — Mulier ãni. xx. — Viris anni. xxx. — Filioru3 cura — Filij docẽdi — Cato filiu3 docuit. — Verba turpia — Themistoclis filius: — Aristidis filius. — Periclis filius.

paralum & Xantippum:quos ipſe tum in equeſtri peritia: tum in muſi=
ca:tum etiam in certaminibus.prę cæteris athenienſibus inſtruxit. ¶ Si
probos/inde caſu aliquo amittemus. Eundem Catonem imitari condu=
cet:qui filii ſui optimi viri & quem tam ſtudioſe erudierat:mortem modi
ce ſapienterqꝫ tulit. Aut Periclem ipm athenienſium principem qui intra
quadriduum duobus mirificis adoleſcẽtibus filijs ſpoliatus:his ipis die
bus nec vultu nec habitu mutato caput ſolito more coronatum gerebat:
vt nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detraheret. Aut Ana=
xagoram:qui audita filij morte:nihil inquit mihi inexpectatum aut no=
uum nuntias:Ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem/Rñ
ſum profecto ſapientiſſimum:Vt enim mori nemo ſolet:qui non vixerit
ita ne viuere quidem aliquis poteſt:qui non ſit moriturus. Et qui aliquez
queritur mortuum eſſe:queritur hominem fuiſſe. Omnes etenim eadem
conditio deuinxit cui naſci contigit/mori reſtat. ¶ Illud autem in primis
admoneo : vt non immortales tibi filios dari/ſed bonos & illuſtres op=
tare velis. Si tamen improbi fuerint:non propterea crucieris:Veruz for=
tunæ tela a duerſo pectore ſemper excipias:& dura atqꝫ aſpera ferendi ſciẽ
tia redde mollia:ꝙ magna & pręcipua virtus eſt patientia:hoc eſt accidẽ=
tium malorum pſatio. ¶ His igitur animaduerſis:multa in cõiugio bo
na eſſe:filiorum prolem & voluptatem : fornicationis effugia: mutuam
opem:Maritorũ & patrum honorem/dignitatem/pręſtantiam:mulierẽ
domeſtica gubernantem/viro ſubiectam:& obſequẽtem. Quis adeo ſtul=
tus eſt & inſanus:vt tot tãtiqꝫ commodis carere potius ꝗ tot animo frui
& vti velit:Niſi qui ſolitudinem/orbitatem/generis interitum. Alienum
hęredem optauerit? Dixi.

Filiorũ lu=
ctus conſo=
latio.
Catonis to
lerantia.
Periclis pa
tientia.
Anaxagore
reſponſum
Conſolatio

Quales filij

Patiẽtia qd
Epilogus

¶ In Sponſalibus De Anulo Cur in digito:qui minimo vicinus eſt: ma=
nu præcipue ſiniſtra:Et de Quattuor neceſſarijs ſpõſo & ſponſæ. Tit.iij.

OPus equidem/Magnifici atqꝫ inſignes optimiqꝫ almę vrbis Cõ
ſeruatores:Egregij celeberrimiqꝫ Doctores: Voſqꝫ ciues gño/
ſiſſimi:Opus inquã mihi hodie eſſet/vel Piſiſtrati facũdia: vl
periclis:Sic.n.valerẽ forſitan veſtras apd dignatiões inſignes
digni aliquid enarrare. At ꝙ ea minime eloquentia mihi tradita eſt:rem
paucis expediam. Vbi nãqꝫ de Anulo dixero cur in ſiniſtra fertur:Veſtris
ego prudentijs/Eximij doctoris.D.Dominici de Bonis Augurijs Spon
ſę patris nomine/gratias agam:Poſthęc de quattuor ſponſo vel ſponſę ne
ceſſarijs.Intendite qſo. ¶ Cõmunis quidẽ aſſenſus Anulũ in digito:q mi
nimo vicinus eſt:& manu pcipue ſiniſtra/geſtandum eſſe perſuaſit: quia
neruus quidem e corde natus vſqꝫ ad digitum manus ſiniſtrę minimo p
ximum pergat:illicqꝫ deſinat/implicatus cæteris eiuſdem digiti neruis.
Ideoqꝫ viſum veteribus/vt digitus ille/anulo tanꝗ corona circũdaretur:
Quo certe anulo vtriuſqꝫ coniugis amor coniungi ſolet. ¶ Veteres præ=
terea non ornatus:ſed ſignandi cauſa anulum ſecum circunferebant:Vn
de nec plus habere ꝗ vnum licebat:nec cuiꝗ niſi libero:Iccirco ius anulo=
rum famuli non habebant:Imprimebatur autez ſculptura materiæ anu
li/ſiue ex ferro:ſiue ex auro foret:Et geſtabatur vt quiſqꝫ vellet/quacunqꝫ

Dñicus au=
gur.
Anulus in
quo digito.
Veterũ anu
li.

manu:quolibet digito. Postea vero vsus luxuriantis: ætatis signaturas preciosis gemmis cœpit insculpere. Hinc factum est: vt vsus anulorũ exẽptus dexteræ quæ multum negociorum gerit: in leuam relegarentur: quę ociosior est: ne crebro motu & officio manus dextræ preciosi lapides frangerentur. Electus autem ipsa leua manu digitus minimo pximus quasi aptior cæteris: cui commendaretur Anuli preciositas. Minus.n. officij gerit: & ideo seruando Anulo magis accommodatus. ¶ Plura de Anulo dicerem: nisi fastidio essem: Veniam iccirco ad gratiarum actiones. Sȝ cũ viderim vestras humanitates hilari fronte/& læto vultu/animoq; et mẽte promptissimis conuenisse: vt honestissimæ puellæ Clarissimi viri. D. Dominici filiæ Sponsalia honorarent: quo pacto gratias agere valeam/nec scio nec video: Confugiendum igitur ad summi dei clementiam atq; opem. Vnde oro ac obsecro etiam atq; etiam Deus ipse vestris officijs digna præmissa referat: Concedatq; benignis sponsæ parentibus/eiusdemq; germanis q̃ optimis gratiam plurimam: qua media vestrum omniũ animo ac menti facere satis possint. qui certe offerũt postremo sese/suaq; omnia vestrum cuiq;: nec vnq̃ desinent debere cunctis: Adeo nãq; summa reputant vestra officia/ac potius pietatem: q; nulla vnq̃ delebit obliuio.

Anuli in sinistra.

¶ De sponsis etiam aliquid dicere operępretium est: pluribus tam̃ omissis illa quidem huic matrimonio inesse cognoscite: quę in optimis esse debẽt Sunt enim quattuor illa quæ in eligendo marito spectari solent: Virtus/Genus/Pulchritudo/Sapientia: Item quæ in eligenda vxore quattuor: Pulchritudo: Genus: Diuitię. Mores. Quocirca alter ab altero coniugali amore ita amet: Veluti a. C. Graccho sua Cornelia: & a Porcia suus Brutus amatus erat: Deus autem omnipotens benedicat vtrique: Crescere faciat/& multiplicet eorum sobolem. Dixi.

Quattuor spõsis necessaria.

¶ Sponsalia quid sint: Vnde dicantur: Quando cõtrahi possunt: Et qualiter. Et an ea contracta per parentes efficaciam habeant. Titulo quarto.

Theophrastus.



Heophrastus suo eloquẽtissimus tempore philosophus semel apud Atheniensem populum verba facturus/deturbatus verecundia destitit. Multo maxie igitur rudis ego dignissimi ciues rubore & verecundia nunc afficerer/apud tantum clarissimroum hominũ cœtum dicturus: Nisi me cognita cuiusq; sũma in omnes humanitas ad ea quæ proposui enarranda exhortaretur: Itaq; Sponsalia quid sint: Vnde dicantur: Quando contrahi possunt. Et qualiter. Et an ea contracta p parentes efficaciam habeant/paucis exponaȝ: Attendite precor. ¶ Sponsalia quidem sunt futurarum nuptiarum promissio: a Spondeo dicta/quod est promitto. Proprie enim Sponsalia stipulationũ sponsionumq; contractus dicebatur: Nam qui Vxorem ducturus erat/stipulabatur/eam in matrimonium ductum iri: Qui daturus erat/ itidẽ spondebat daturum. Tum quæ promissa erat/Spõsa appellabatur: Qui sp ponderat ducturum Sponsus. ¶ Ea vero ante septenniũ contrahi minime possunt: Ratio est: quia consensus in hoc requiritur: qui interuenire non potest: nisi ab alterutra parte illud intelligatur: quod inter eos agitur. Quam rem ætatis puerorum ante septennium ĩfirmitas non admit

Sponsalia quid.

Sponsa. Sponsus

Quando cõtrahi pñt.

tit. Hęc eadē vel absolute vel sub cōditiōe contrahi valēt absolute quoq; modis: Nuda videlicet promissione: vt quum vir dicit. Accipiam te in meā: Et mulier accipiam te in meum: Datis arris sponsalitijs: vt pecunia vel huiusmodi aliquo Anuli subarratione/Interueniente iuramento: Dationeq; fidei. Si vero Sponsalia contrahantur sub cōditione: Aut honesta cōditio est: Vt si vir dicat: Accipiam te in meam: si placuerit: meis parentibus: quod si erit tenent sponsalia: secus minime. Aut est conditio inhonesta: non tamen contra matrimonij bona: vt si vir dicat: Accipiā te in meam/si furtis meis consentias: quæ conditio habetur pro nō apposita: valent enim sponsalia: ac si absolute facta essent. Si autem est cōditio contra matrimonij bona: vt si vir dicat: Accipiam te in meam: si venena sterilitatis procurare volueris: tunc sponsalia tenent minime: Cōditio namq; contractum corrumpit: quando est contra ipsius naturam. ¶ Contracta deniq; Sponsalia per parentes efficaciam non habent: si illi/de quibus agitur non consenserint: Vnde in Genesi legitur: Vocemus puellam: & quęramus ipsius voluntatem. Necesse est igitur maris & fœminę intelligere voluntatem priusq̄ ipsi parentes talia exequentur & contrahant. Quę: quidem omnia in pręsenti rite seruata fuisse cunctis patet & liquet: Ideoq; oremus omnes bono sidere/fęlici auspicio: faustoq; omine sponsalia hęc futuro coniugio initium dederint. vt pulchra & optima proles inde fruticetur & oriatur: Viuantq; perpetuo fœlicissimi simul. ¶ Pretereavidēs ego viri præstantes cunctorum animos summa lętitia affectos ob hęc amantissimorum fratrum Antonij & Georgij: qui diuitijs moribus pstantissimi: Sponsalia: quę omnes summo studio celebrastis: Eorum nomīe gratias ago omnibus immortales: offerens vestris omnibus votis & cōmodis parata esse. q̄cunq; habent dixi.

Quomodo contrahunt

Sponsalia p parentes.

¶ Matrimonium quid sit: Quæ eius instituēdi Causę. Quę matrimonij bona. De tribus pueris/& quinq; facibus: & de Nucibus in antiquorum nuptijs. De Anulo cur in digito sinistræ minimo proximo. De Sponsis quorum cuilibet quattuor sunt necessaria. Ti. v.

MAiores natu in Conuiuijs olim/ad Tibias egregia superiorū opera carmine ɔphensa cantabāt: quo ad ea imitāda iuuenes ipos redderēt alacriores. Hodie vero pstantissimi viri/omissā priscorū ɔsuetudine breui expediā. Matrimoniū quid sit. Quę eius instituendi causę: Quę Matrimonij bona: De tribus pueris & quinq; facibus/& de Nucibus in antiquorum nuptijs: De Anulo cur in digito sinistrę minimo proximo. De Sponsis: quorum cuilibet quattuor sūt necessaria: Actendite quęso. ¶ Matrimoniū est legitima ɔiunctio Maris & Fœminę: indiuiduam vitę consuetudinem retinens: diuini & humani iuris communicatio. ¶ Fuit autem Matrimonij causa instituēdi triplex: Prima est causa prolis: de qua in Genesi legitur: Et benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini: et replete terraʒ. Hinc etiam Augustinus ait: Deus marem & fœminam ꝓpagandi generis causa nuptiali castitate coniūxit. Secunda vero adiutorij causa: de qua ibidem etiam dicitur et tractat: Nō est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.

Maiorum Conuiuia.

Matrimonium qd.

Matrimonij causæ.

Tertia deniq; incontinentiæ causa. Vnde dicit Apostolus: Qui se non cōtinet: nubat. ¶ Eius quidem matrimonij bona triplicia quoq; esse dicitur Fides, Proles, & Sacramentum. In fide attenditur: ne post vinculum coniugale cum alio vel cum alia coeatur. In prole vt ad naturæ conseruationem amanter suscipiatur: religiose educetur. In sacramento vt coniugiū non separetur: Matrimonium nanq; significat christi desponsationem cū ecclesia: quam nunq̄ dimisit. Nec causa prolis alteri coniugatur: Nam vt Augustinus ait: Sic non sunt facienda adulteria etiam voluntate filios generandi: quemadmodum nec furta voluntate pascendi pauperes sanctos Est autem adulterium alieni tori violatio, vel proprij deturpatio. ¶ Patrum & matrum pueri tres olim adhibebantur in nuptijs: vnus, qui facem præferret ex spina alba: quia noctu nubebant: Duo, qui nubentem tenerent. Spina autem nuptiarum facibus auspicatissima quoniam inde fecerint pastores: qui rapuerunt sabinas: vt autor est Massurius. ¶ Plutarchus vero in problematis scribit: q quinq; faces in nuptiis accendebant: quas cæreos appellabant. Nuptijs enim numerus impar conuenientior atq; aptior habebatur: Nam impar omnino scindi non potest. Vnde fidi uidatur, semper commune aliquid relinquit. Ex omnibus vero imparibus numeris, quinarius potissimum nuptialis est. Tria enim primum imparis locum tenent: Duo autem paris ex quibus tanq̄ mare & fœmina quinarius commiscetur numerus. An magis, q deos quinq; præcari eos putabant qui matrimonio coniungerentur. Iouem adultum: Iunonem adultam: Venerem: Suadelam: & in primis Dianam: quam etiam in partu & doloribus mulieres inuocabant. ¶ Spargebantur & nuces in nuptiis: hinc ait ille: Mopse nouas īcide faces: tibi ducitur vxor: Sparge marite nuces. Fecit autem eas nuptijs religiosas (vt aiunt) tot modis fœtꝰ munitus. Illæ enim gemino proteguntur operimento: puluinati primum calycis: mox lignei putaminis. Volunt alij quia cadendo tripudium sonumve faciant, nuptijs fuisse religiosas nuces. ¶ Communis vero assensus Anulum in digito: qui minimo vicinus est: & manu præcipue sinistra gestandum esse persuasit. ¶ Cum neruus quidam e corde natus vsq; ad digitum manus sinistræ minimo proximum pergat: illicq; desinat implicatus cæteris eiusdem digiti neruis. Ideoq; visum veteribus: vt digitus ille anulo, tanq̄ corona circumndaretur: Quo quidem anulo vtriusq; coniugis amor coniungi solet. ¶ Cæterum, quia nihil est remuneratione beniuolentiæ, nihil vicissitudine studiorum officiorum q; iucundius: Eximij vtriusq; iuris doctoris domini Ioannis Baptistę hodierni sponsi nomine gratias ago omnibus, quales merito agi debēt. Cū vestræ prudentiæ has suas nuptias magna caterua & nobili honestauerint. ¶ Reliquum est vt ostendam: illa quidem huic matrimonio inesse: quæ in optimis esse debent. Sunt enim qnattuor illa: quæ in eligendo marito spectari solent: Virtus, Genus, Pulchritudo, Sapientia. Item quę in eligenda vxore maxime quattuor: Pulchritudo, Genus, Diuitię, Mores. Quocirca alter ab altero coniugali amore ita teneatur: veluti a. C. Graccho Vxor sua Cornelia: & a Porcia Brutus suus. An=

Matrimōij bona

Mr̄imoniū qd significat

Adulteria vitanda.

Adulteriuȝ quid.

Pueri tres.

Faces qnq; ipar nūerus

Quinarius numerus.

Dei qnq;.

Nuces cur.

Anulus ī digito.

Sponsis nociua q̄tuor.

nos vero iisdem/vobisq; omnibus fęlicissimos omnes ad senectutē vsq;: Liberos plurimos atq; optimos & locupletes Superi ipsi concedāt. Dixi.

¶ Conuiuium quid. Prisci conuiuij consuetudo. Cōuiuarum numerus. Conuiuij res quattuor necessarię. Conuiuarum sermões & lectio. Quid ciborum viniq; varietas noceat. Tit. vj.

CVm mei exiguas ingenij vires annimaduertam Colendi patres: omnipotentis gratiam piæq; Virginis opem imploro. Non enim Gorgias sum leontinus: qui se ad omnia: de quibus quisq; audire vellet: esse paratum denunciabat. Differam igitur Quid conuiuium: Que prisci conuiuij consuetudo: Qui conuiuarum numerus. Que res conuiuio necessarię. Qui conuiuarum sermones & lectio: Quid ciborum viniq; varietas noceat. Intendite oro perdiligenter. ¶ Conuiuium Maiores nominauerunt accubationeʒ epularem amicorum: quia vite coniunctionem haberet Quod idem Gręci tum Symposium: id est compotationem: tum Syndipnon: id est concœnationem vocant. ¶ Solenni autem conuiuio pręter cognatos & affines nemo interponebatur: aut si qua inter necessarias personas querela esset orta/ apud sacra mensę/ & inter hilaritatem animorum/ fautoribus concordię adhibitis/ tolleretur. Inuitati ad cœnam Iuuenes diligenter quęrebant: quinā ei conuiuio essent interfuturi: ne senioris aduentum discubitu pręcurrerent. Sublataq; mensa priores consurgere/ & abire patiebantur. Ex quibus apparet: cœnę quoq; tempore q̄ parco & q̄ modesto sermone ijs præsentibus soliti sint vti. Maiores natu in conuiuijs ad tibias egregia superiorum opera carmine compręhensa pangebant: quo ad ea imitanda iuuentutem alacriorem redderent. Lege Didia iubebatur/ vt non soli/ qui prandia cœnę suę maiore sumptu fecissent: sed etiam qui ad eas vocati essent: atq; omnino interfuissent/ pœnis legis tenerentur. Imperari etiaʒ cœpit/ vt patentibus ianuis pransitaretur/ & cœnitaretur: vt sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fieret. Fœminæ autem cum viris cubantibus sedentes cœnitabant. Mensam vacuam tolli non sinebāt: sed omnino quum aliquid etiam superesset. quia vrbanum/ atq; elegans putarent comprimere/ atq; inhibere appetitum: & iam quum voluptate p frui liceret: Minus eniʒ quod abest cupiunt: qui pręsentibus atq; paratis abstinere consueuerunt. Vel seruorum gratia: qui certe non ita gaudent: si accipiunt: q̄ si participes fiant: q mensam sibi cum dominis communicatam esse putant. Vel quia nihil sacrum inane ac vacuū esse decet: Mēsa vero sacra est. In Gręcorum autem conuiuijs post cœnam olim circunferebatur. Lyra. Cuius quum se imperitum Themistocles confessus esʒ: est habitus indoctior. ¶ Pręterea. M. Varro in Satyris Menippæis dicit Conuiuarum numerum incipere oportere a gratiarum numero: & progredi ad musarum: id est proficisci a tribus/ & cōsistere in nouem. Vt quū paucissimi conuiuę sunt/ non pauciores sint q̄ tres. quum plurimi/ non plures q̄ nouem. Nam multos inquit esse non conuenit: q turba plerunq; est turbulenta. Sic Varro edocuit: In nostro vero conuiuio & si conui=

Conuiuiuʒ Symposiū. Syndipnō.

Iuuenes in conuiuio.

Maiores natu in conuiuio.

Conuiuij Lex.

Conuiuij Ianuæ.

Conuiuarum numerus.

uarum numerus ingens fuit/nullæ tamen dissensiões interuenerũt: qua de re & dijs grãs ago: & vestris humanitatibus: quę ita se gesserũt/ vt sũma hic pax & beniuolentia non defuerit. ℂ Ipsum deniq; conuiuium cõstat ex rebus quattuor: & tunc est omnibus suis numeris absolutum. Si belli homunculi collecti sunt. Si lectus locus. Si tempus lectum. Si apparatus non neglectus. Quæ certe omnia & hic affuisse quis neget? ℂ Nec loquaces autem conuiuas: ne mutos legere oportet: quia eloquentia ĩ foro/& apud subsellia: Silentium vero non in conuiuio sed in cubiculo esse debet. Hinc legimus Theophrastum illi qui in conuiuio penitus tacebat dixisse: Siquidem imperitus es. prudenter facis: Sin vero peritus stolidę. Sermones igitur ad tempus habendi sunt: non super rebus ãxijs aut tortuosis: sed iucundi atq; inuitabiles/& cum quadam illecebra & voluptate vtiles: ex quibus ingenium nostrum venustius fiat atq; amœnius.

Conuiuiuʒ ex quattuor rebus.
Conuiuarũ sermones.

ℂ Dominũ vero conuiuij esse oportet: non tam lautum q̃ sine sordibus Et in conuiuio legi non omnia debent: sed ea potissimum quę simul vitæ vtilitatibus conducant/& delectent. ℂ Illud vlterius etiam atq; etiã moneo: ita esse vitandam ciborum varietatem/vt varia solent vina vitari. Quis enim ambigat eum: qui diuerso vino vtitur: in repentinam ruere ebrietatem? Qui vero simplicem cibũ sumit: facile quo succo vel corpus eius iuuetur: vel grauetur/vsu docente cognoscit: & ita fit: vt noxa cuius causa deprę hensa est: facile vitetur. Qui autem multiplici cibo alitur: diuersas patitur qualitates ex diuersitate succorum. Hinc morborum scaturigo: qui ex repugnantium sibi humorum discordia nascuntur. qn etiam non omnia simul concoquuntur: sed alia celerius/tardius alia: & ita fit vt digestionum sequentium ordo turbetur. Verum ideo varia vina vetantur: quia potus vt natura leuis mox altum petit: & cerebrum quod ĩ vertice locatum est ferit fumi calẽtis aspergine & calore tã diuerso q̃ subito cõsilij sedem sauciat. Hec protuli vt apud omnes constet cibi & vini varietatem corpori atq; menti obesse: Simplicem victum vtriusq; saluti conducere. De Matrimonio quoq; aliquid dicere oporteret: sed cũ alias multa de eius materia vestrę audierunt prudentię ne longiori sermõe tędio illę afficiantur: silere constitui: Vbi aliqua de gratiarum actionibus dixero Itaq; Sponsi nomine sanctum veri dei numẽ etiam atq; etiaʒ oro: dignetur vestris in eum meritis & officijs dignas referre gratias: Cum ipse non valeat. Et si agere & habere dum viuet nunq̃ desinere possit. Dixi.

Dñs conuiuij
Lectio q̃lis.
Ciboruʒ varietas.
Vina varia
Cibus simplex.
Cibus multiplex.
Varia vina

ℂ De Priscis Nuptiarum moribus: vbi illa narrantur: videlicʒ: Nuptię vnde dicuntur. Pudicitiæ simulachrum. Pueri tres nuptæ comites. Cur cęreri quinq; in nuptijs. Cur nuces. Cur maritus vxori noctu cõiungi solet. Cur sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciuntur. Cur Vini vsus olim fœminis interdictus. De sacello Viriplacæ deæ. De auspicibus & paranymphis & pronuba. Cur limen non tãgebatur a nupta. Cur Thalassij nomen repetebatur. Cur olim vxores nihil coquebant. Cur cingulo noua nupta pręcingebatur. Cur postes lupino adipe vngebantur. Curnam tris asses ad virum nupta ferret. Titulo. vij.


Mmortalis Ingeñij beatissima hubertas dicturo mihi opus esset Viri præstantes: vt memoria auditiõeq̧ digna eloquerer: Cum hic sit virorum cœtus & eloquentium & sapientissimorum: Quibus quidem nec Theophrastus diuino eloquio præditus satisfaceret. Quid igitur faciam: vbi omnino mihi etiã inuito dicendum est: nisi vt Summi & veri dei auxilium/vestrarumq̧ attentionem aurium placidam & benignam exorem? Attẽdite quæso: Nã de priscis nuptiarum moribus ea referam: quę audiuisse forsitan non pigebit: Illud autem in primis vnde dicantur nuptiæ: Incipiã igitur. ¶ Legimus Magnifici viri nuptias a nubo dictas: Obnubit enim caput operit: vnde & nuptiæ a capitis opertione: Flameo enim amicta erat nubens ominis bõi causa: ꝙ eo assidue vtebatur Flaminica: id est flaminis vxor: cui non licebat diuortiuȝ facere. Ideoq̧ potissimum fœmīę in nuptijs velabantur vt nossent se semper Viris suis subditas eẽ debere & humiles. ferebat etiam noua nupta sub amiculo corollam de floribus Verbenis/hęrbisq̧ a se lectis. Dicebantur & nupta verba ab Antiquis: quę virginem dicere non licebat. Plautus. Virgo sum: nondum didici verba nupta dicere ¶ Pudicitiæ signum Romæ colebatur: quod nephas erat attingi: nisi ab ea quæ semel nupsit. Habent et enī locum maledicti crebræ nuptię. Hinc quę vno contentę matrimonio fuerant: corona pudicitiæ honorabãtur. ¶ Patrum et matrum pueri tres adhibebantur in nuptijs. Vnus qui facem pręferret & spina alba: quia noctu nubebant. Duo qui nubenteȝ tenerent. Facem ipsam in honorem Cereris pręferebant. Spina autem nuptiarum facibus auspicatissima/quoniam inde fecerint pastores: qui rapuert Sabĩas. vt author est Massurius. ¶ Plutarchus vero in Problematis scribit: quinq̧ faces in nuptijs accendi solitas: quas cæreos appellabãt ꝙ nuptijs numerus impar conuenientior atq̧ aptior habebatur: nam impar omnino scindi non potest: Vnde si Diuidatur/semper commune aliquid relinquit. Ex omnibus vero imparibus numeris: quinarius potissimum nuptialis est. Tria enim primum imparis locum tenent: Duo autem paris. Ex quibus tanq̃ mare & fœmina quinarius commiscetur numerus. An magis/ꝙ deos quinq̧ pręcari eos putabant: qui matrimonio coniungerentur. Ioue adultum: Iunonem adultam: Venerem: Suadelam: & in primis Dianam: quam etiam in partu/& doloribus mulieres inuocabãt ¶ Spargebantur & Nuces in nuptijs: Hinc ait ille: Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor: Sparge Marite nuces. Fecit autem eas nuptijs religiosas (vt aiunt) tot modis fœtus munitus. Ille enim gemino protegũtur operimento: puluinari primuȝ Calycis: mox Lignei putaminis. Volunt alij: quia cadendo Tripudium Sonumve faciant/Nuptijs fuisse religiosas Nuces. ¶ Sed quid est ꝙ Maritus Primo et olim & nunc Sponsę non in Luce/sed in tenebris iungitur. An quia eum pudet: ꝙ añq̃ cocat: alienam putet. An quemadmodũ Solon scripsit: Spõsam malo Cydonio degustato thalamũ ingredi solitam: vt prim⁹ ꝯplexus nihil tristę/aut iniucundum haberet. Sic Romanus legislator. Siquid absurdum: ac deforme corpori aderat: occultauit. ¶ Institutumq̧ etiam est: vt iam pactę

Nuptię vnde.
Flameum.
Nupta verba
Pudicitię signum.
Pueri tres.
Fax.
Cęreiq̧.
Impar nũs
Quinarius numerus
Dei quinq̧
Nuces.
Cur nocte coeunt
Sponsa cur non statim traditur.

Sponſa cur nō. ſtatī tra ditur

ſponſę non ſtatim tradantur: Ne vilem habeat maritus datam illico: quā
ſuſpirauit ſponſus dilataꝫ. Aqua aſpergebatur noua nupta: ſiue vt caſta
puraq; ad virum veniret: ſiue vt ignem: nam facem in honorem cereris
(vt diximꝰ) præferebant atq; aquam cum viro cōmunicaret: hoc eſt res il
las: quibus conſortia copulantur Vel potius ſacramento ignis & aquę nu
ptiarum fędera ſanciuntur: ꝙ fętus animantium calore & humore corpo
rentur: atq; animentur ad vitam. Cum enim conſtet omne animal ex a=
nima & corpore: Materia corporis in humore eſt: animæ in calore. Ignis
autem quaſi maſculinum elementum eſt: Aqua quaſi fęmininum: Alterū
actiuum: Alterum patibile. ℂ Vini vſus olim romanis fęminis ignotus
erat ne: ſ. in aliquod dedecus prolaberentur: hinc itaq; inſtitutum fuerat:
Mulieres cognatos ore oſcularentur: ne bibentes laterent: ſed domeſtico=
rum congreſſu redarguerentur. Qua de re Egnatius Metellus vxorem ꝙ
vinum furtim bibiſſet percuſſam interemit: idq; factum non accuſatore
tantum: ſed etiam repræhenſore caruit. vnoquoq; exiſtimante optimo il
lam exemplo violatæ ſobrietatis pęnas pependiſſe: Et ſane quæcunq; fę=
mina vini vſum immoderate appetit: & virtutibus omnibus ianuā clau
dit: & delictis aperit. ℂ Quoties vero inter virum & vxorem aliquid iur=
gij interceſſerat in ſacellum deæ Viriplacæ: qđ erat in palatio: veniebant.
& ibi inuicem locuti: quæ voluerant: contentione animorum depoſita cō
cordes reuertebantur. Dea nomen hoc a placandis viris aſſecuta fertur.
ℂ Interponebantur & nuptijs Auſpices: quoniam apud antiquos non ſo
lum publice ſed etiam priuatim: nihil gerebatur niſi auſpicio prius ſum=
pto. Verum qui præerat huic rei pro parte viri a græcis paranymphus a
noſtris Auſpex dicebatur: Hinc Lucanus: Contenta eſt auſpice Bruto. Et
Plautus: Vltro ibi nuptum: non manebit auſpices. Vt auſpex ꝑ parte vi
ri: ſic & Pronuba pro parte mulieris adhibebatur: Dicta eo ꝙ nubentibꝰ
præeſt. Sed cum apud Chriſtianos auſpicia minime captentur: adhiben=
tur Sacerdotes: qui & pronubi a noſtris vocantur. Pronuba vero nuptijs
adhibebatur: quæ ſemel nupſerat: auſpicij cauſa: vt ſingulare matrimo=
nium. ℂ Nubentes puellæ limen non tangebāt: ne veſtę id eſt numini ca=
ſtiſſimo dicatum locum calcantes ſacrilegium cōmitterent. Lucanꝰ. Trāſ
lataq; vetat contingere limina planta. Sponſam vero introducentes pel=
lem ſubſternebant: Ipſa colum ſecum inferebat & fuſum. ℂ In nuptijs itē
Thalaſſij nomen crebro repetebatur omnis cauſa: fuerat enim Thalaſſiꝰ
vir quidam rebus bellicis ſtrennuus: præclarus & optimus: ad quem ca=
ptis Sabinis Virgo egregia ſpecie a ſuis clietibus capta ducebatur clamā
tibus nequis eam auferret Thalaſſio ferri. Reliqua igitur multitudo Tha
laſſij honoris cauſa bonis omnibus ac votis puellam proſecuta ad Tha=
laſſium deduxerunt. Ex illo quoniam nuptiæ fęlices fuiſſent ſolenne per=
manſit: vt quemadmodum Græci Hymenæum: ita Latini Thalaſſium
omnis cauſa in nuptijs nominarent. ℂ Vxores olim nec molere nec coq̄=
re permittebant: veteris memoriam fęderis colentes: Nam poſt filias Sa
binis raptas: facta pace & ſocietate inita in fędere nominatim exceptū eſt
Vxorem viro romano nec molere: nec coquinariam facere. ℂ Cingulo no

Aqua & Ignis cur.
Ignis
Aqua
Vini vſus
Oſcula mulierum
Metelli vxor
Vinoſa mulier.
Viriplaca dea.
Auſpices
Auſpex.
Pronuba.
Limen non tāgebatur.
Pellis.
Colus.
Fuſus
Thalaſſius
Vxores nō coq̄bant.
Cingulum nuptæ.

quasi matrem monens: ne. s. derelinquat virum. A matre vero potius q̃ a patre denominatur: ꝙ eius officium magis apparet in matre/q̃ officium viri. ¶ Volentes deniq; matrimonium contrahere: ante omnia confiteri oportet: Contrahentes enim in peccato mortali: peccant mortaliter: Iccirco & Augustinus scribit: In omni susceptione sacramenti post baptismum: necessariam esse vnicuiq; confessionem: si crediderit se peccasse. Iccirco etiam Thobię sexto legitur: Tu autem quum acceperis vxorem/ingressus cubiculum tres dies continens esto ab ea: & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea: ¶ Hęc equidem quicunq; seruauerit liberos optimos gignet: & cunctis in rebus agendis dei numina propitia semper habuerit. Lumen etenim mentis humanæ deus est: quem qui cognouerit/& in pectus admiserit: illuminato corde mysterium veritatis agnoscet. Remoto autem deo cęlestiq; doctrina/omnia sunt erroribus plena. Quod ne accidat diuinis pręceptis est obsequendum: vti & noster Lęlius egit. Cui⁹ nomine vestris in eum collatis officijs deum quęsum⁹ digna pręmia passim referat: Ipsi autem Lęlio filiorum numerum concedat/vti & Herculi quondam: qui vt legitur filios reliquit septuaginta. Dixi.

Confessio p̄cedat

Cotinẽtia dieꝝ trium

De⁹ lumen mẽtꝫ nostrę

¶ Decim⁹ Sermonũ Libell⁹ de Laudib⁹ ĩ Funere honoratoꝝ viroꝝ/Continet Sermones. xxiij.

¶ In Funere pueri: vbi aliq̃ de Senectę & vitæ lõgæ incommodis: breuisq; vitæ commodis. Titulo primo.



Ot in vita periculoꝝ genera sapiẽtissimi ciues Tot morbi: tot met⁹: tot curę: totiẽs mors ĩuocatur: vt nullum frequentius sit votum. Natura vero nihil hoĩbus breuitate vitę pręstitit melius: Hebescũt ei diutius viuenti sensus: mẽbra torq̃ntur: Pręmoritur visus: audit⁹: icessus: Dẽtes ẽt ciboꝝ instrumẽta deficiunt: Mẽbra cũ voce tremũt. fit leue caput & caluum. Nares vt in infante stillant. Panis inermi gingiua frãgitur. Hinc senex vxori: filiis/sibiq; ipsi fit grauis iniqu⁹ molestus. Nõ cibus vll⁹/nõ vinũ p̃tiosissimũ torpẽte palato satisfacit. Fit surdus adeo/vt vix cornua tubasve audiat. Sũma itaq; voce & clamore ĩgenti/vt audire possit: est opus. Gelato iã corpori minimi⁹ sãguis ĩest: & frigidissim⁹: sola febre calẽs. Morboꝝ gen⁹ oẽ senes aggreditur & ĩuadit: quorũ p̄fecto noĩa vix dici possent. Hic eñ tergo dolet: Hic lũbis: Hic coxa debilis ambos ille p̄didit oculos luscis ĩuidẽs. Illi⁹ pallida labra alienis digitis cibaria sumũt: Hiatq; solũ: vt auiũ pulli. ¶ Oĩm vero morboꝝ demẽtia pessima: Noĩa eñ seruoꝝ nõ noscit: nõ amicoꝝ vultꝰ: nõ eoꝝ q̃s genuit. Hic sępe vidimus aliẽos poti⁹ q̃ p̄prios filios hęredes fieri. ¶ Si tñ alicui sens⁹ ipi ꝯstabũt: illa tũ demũ pœna afficitur: vt filioꝝ: vt charę cõiugis: vt fr̃is vt soroꝝ mortes ĩspiciat. Aiaduertẽs ꝙ iñ domi calamitates & luct⁹ sępi⁹ renouari: p̄petuo dolet: gemit: plorat: & lachrymat̃: Verũ igr̃ illd ẽ: ꝙ viuẽdo miserabiliora patimur: Nam icidẽtes calamitates & morbi vitã p̄turbãt: efficiũtq; vt cũ breuis sit: tñ p̄longa videat̃: ita mors est optatissimum ęrumnosæ vitæ p̄fugium. Qua de re cogitãtes Iulium

Vitę mala.

Vita breuis

Senectę mala.

Vita lõgiori Mors.

honestissimę formę/magnęq; spei puerũ morte media morbis calamitatibus/& ęrũnis omnibus huiuscę vitę priuatum esse: Et illud verissimuz confitebimur: q vitæ huius amissio/a malo in bonum est transitus. Et mors ipa recte viuentibus mutatio est ad meliora: Nam si semper vixissz homo: semper in miseria fuisset. Quod Thrausi populi Thraciæ quędaz naturalis sapientię disciplina intelligentes:/Statim editũ puerũ circuncidunt propinqui & comploratione psequuntur: recensentes quascunq; necesse est illi/q vitam ingressus sit perpeti humanas calamitates: hominẽ fato functum p lusum atq; lætitiam terræ demandãt: referentes quot malis liberatus in omni sit fęlicitate: prudenter illi: Quosquidem & nos imitari debemus. Eoq; magis quietiori animo esse: q eos sequimur. quos credimus amisisse. Hæc hactenus: vt Iulij sanctissimi parentes: aĩcosq; omnes hoc in funere consolarer. Qui certe sapiẽter dolere debent: q mortuus sine peccato ad requiẽ deducit vt iã dixim⁹: Hic Dauid puuluz filiũ: quia sciebat non peccasse: non fleuit: Nec vllo modo dolendũ est eo: quodq dez vni accidit: & oĩbus restat. Mors enim sine delectu moriẽ sine ordine ac discrimine annorũ sæuit: Alij siquidem ad senectutem perueniunt: Alij infantes rapiuntur. Alij iam robusti intereunt: Alij in primo adolescentiæ flore immaturis funeribus extinguuntur. De ijs satis. ¶ Reliquuz est viri Clarissimi quia vestræ prudentiæ magna cum charitate atq; frequentia pompaq; celebri: Iulij funus ornarunt: vt ego pręstantissimi viri. Simonis/pueri patris/cognatorũ q; & affiniũ nomĩe vestris hũanitatibus gratias agam: Deũq; omniũ bonorũ causam exorem: concedat illis/vob oĩbus adesse: posse lætis in rebus et iucundis. ¶ Præterea q ad funeris pietatem & decus secundũ ciuitatis consuetudinem cõiter ab omĩbus satisfactum est: Et lachrymis hactenus/cæcoq; merori datum est satis: lugubribusq; expiationibus psecuti estis eum/qui naturæ cessit: Aliud fieri non oportet: Nisi vt gratia vobis & pax a deo patre/& dño Iesu Xpo multiplicetur. Et qui volunt abire: eant fęlici pede/eant numinibus & votis secundis: Dixi.

Mors. Thrausi

Non dolendum.

Gratiarum actio

¶ In Funere Adultę Puellę Virginis: Vbi aliqua de laude Virginitatis: & Continentiæ. De Cibi modo. De Luxuriæ Damno/& Castitatis vtilitate. Postremo de vitę huiusce malis. Tit. ij.

Multiloqũ

QVidnã potissimũ pñti loco enarrem viri pstãtes: q̃ virginis pconia/non occurrit: Demijt enim puella virgo: Cuiusq; dem vita & mores a nemine vnq̃ satis laudari possent. Nihil aliud nãq; audiebat. nihil aliud loquebat: nisi quod ad dei timorẽ ptinebat. Non garrula erat: sed taciturna: q ĩ multiloquio nequaq̃ peccatum deesse potest. Erat etiam eius sermo pręmeditatus: beatæ siquidem sunt: q̃ nunq̃ quod reuocare velint emittunt. Iurare non didicit Mentiri Sacrilegium putabat. Viuebat angelice: Parentes pietate maxima diligebat. Peccata sua cognoscebat: Delicta etiã minima deplorabat. ¶ Et q in fœmina præcipue pręclara est apud deum Virginitas & pudicitię virtus: si non alijs peccatorũ/& malorum lapsibus infirmetur: erat in ea honestas admirabilis: & stupenda verecundia: Mira patientia: Decẽs.

Virginitas

incessꝰ: & verę pudicitię habitꝰ: Erat deniq̃ oībꝰ viuēdi forma & regula. Nūq̃ em̄ vultū ornabat: vt viris placeret: Nūq̃ absq̃ probis comitibꝰ p̄cedebat in publicū. Nūq̃ basilicas Martyrum & tēpla sine matre adibat. ❡Præterea qm̄ continētia facit hoīem deo proximū: ibiq̃ deus habitat: vbi est ꝯtinentia: Ieiunijs magis q̃ epulis delectabatur. Vini (ī quo est Luxuria) parcissima erat: Sic comedebat: vt statim esuriret: vt statim post cibū oraret. Nesciebat sine parentibus posse viuere: & cū sola erat ꝑtimesce bat. Nō habebat prauorū colloq̄a: malorū cōsortia nō admittebat: Adeo q̃ modesta erat: vt seipsam nudā videre nō posset: maximeq̃ erubesceret. ❡Adde vlterius q̄a Luxuria cōsumit carnē/atq̃ debilitat: Hincq̃ citiꝰ ad senectutē ꝑducit: & deum fugat. Qui vero casti sunt: & in virginitate ꝑseuerāt: Angeloꝝ similes fiūt & caste viuentes sunt dei tēplū: Iccirco iulia ipsa & casta & pudica/mēte & corpe virgo ad mortē vsq̃ ꝑseuerauit. ❡Quapropter eius morte dolere: tristari: gemere: flere: nullo pacto debemꝰ. Verū potius deo grās agere: q̄ eā dignatꝰ est a sęculi huius ærumnis & militia tollere: Militia siquidē est vita hoīs super terrā: quasi em̄ in procinctu & in acie stamus semp ad pugnaꝫ. Qui vero vti & Iulia caste & pudice vixerūt loca adeūt perpetuæ trāquillitatis & pacis: Castitas em̄ hoīem cęlo coniūgit: & ducit ad regnū. Itaq̃ clamat nūc illa voce lugēti. ❡Si nūq̃ me amasti mater: si tua hubera suxi: si tuis instituta sum moribus: Ne inuideas gloriæ meæ. putas esse me solā: habeo pro te Mariam dn̄i matrē. Miserer̄is mei: quia ego mūdū reliqui: At ego vestri sortē doleo: quos adhuc sęculi carcer includit: quos quottidie in acie p̄liantes nunc ira: nunc auaritia: nunc libido: nunc variorum impetus vitioꝝ ꝑtrahūt ad ruinā. Quādiu em̄ in ista infirma & vana vita fueritis: in sūmis malis oēs estis: Si viuentem crederes filiam: nunq̃ fleres ad meliora migrasse. Hæc illa. ❡Reliquum est viri clarissimi: quia vestræ. &c̄.

Cōtinentia | Cibi modꝰ. | Luxuriæ dāna. | Castitatis vtilitas. | Consolatio | Vita quid. | Castitas. | Filia matrē consolatur. | Vitæ mala

❡In Funere Viduę vbi aliqua de pietate: de Elemosynæ bono: & pudicitiæ. Deq̃ animæ a corpore exeuntis fęlicitate. Titulo. iij.

ET si video sapientissimi viri oculis meis lachrymarum fontem adesse/venerabilis Antię obitu lacessitis: Non tamen iccirco mihi silendum arbitror: cognitis optimę fœminę vita & moribus. Erat enim illi sermo in omnibus ita moderatus & parcus: vt malum verbum de ore suo nūq̃ exiret. Erat modesta & humilis non reddens malum pro malo: neq̃ maledictuꝫ pro maledicto. ❡Erat & pientissima ita mediusfidius: vt non solum pauperum mater sed ancilla vocaretur. Infimis ergo seruiebat: sepulturam mortuis conferebat: custodiebat orphanos: viduas & nuptas ꝯsolabatur. Idq̃ agebat: vt male de se nemo loqui absq̃ mendacio posset: q̄ maxima cum vigilantia ab virorum verbis aures repelleret: q̄ cum vanis non conuersaretur: q̄ nō ciborum nobilitas appetitum moueret: sed fames. Et quia sacrilegiū putat̄ ebrietas: vinū ei in quo est luxuria: vti venenuꝫ suspectum erat. ❡Quicquid diuitiarum habebat: in vsus pauperum ab eo conferebatur: Nam sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna peccatum. Cæterum q̄ deus hominem ad vitam non nisi per virtutem ac laboreꝫ vocat

Sermo q̄lis | Pietas. | Ebrietas. | Elemosyna

perseuerabat in ieiunio: Plumarum mollicies sua membra non fouebāt. Semper in comitatu suo graues fœmīas habuit. Seu vesceret seu biberet omnia in dñi gloria faciebat. Deū momentis omnibus adorabat. Martyrum templa secretis celebrat orationibus. Fuit vnius viri vxor annis quindecim: reliquum vitę suę tempus pudicitię consecrauit: qꝛ magni animi signum & perfectę virtutis indicium est renuntiare expertę voluptati: fugere notas carnis illecebras: & calentis adhuc ętatis flammas fidei amore restringere: in iugi perpetuaqꝫ castitate viuere: Nam & si arduum est castitatis iter magna tamen sunt pręmia. Adeo deniqꝫ continens erat: vt sępius in ore haberet: Ille meos primus qui me sibi iunxit amores Abstulit ille habeat secum seruetqꝫ sepulchro. Dormijt tandem in domino pudicissima Paula Anno ętatis suę ferme quinquagesimo. Quocirca eius est finita mortalitas non vita: viuit enim nunc vere: viuetqꝫ ea vita perpetuo quę mortem nescit. Nam euolauit a corpore tanq̄ a carcere & vinculis quibus tenebatur cælestis animus: quoties siquidem sarcina carnis abiecta ē ad suum anima pudica & pura authorem reuolat: apđ quē vera vita nullis mortis tenebris obscurata continue lucet. ¶ Sed q̄uis optimę mulieris obitu pauperes & cognati longe tristari possint: attamen: qꝛ inter electas dei summa pudicitia summaqꝫ pietate connumerabitur & ponetur tanta eius fœlicitate gaudendum potius q̄ dolendum cuiqꝫ: & modus lachrymis adhibēdus: ne inuidi magis q̄ beniuoli animi esse videatur. Dixi. Reliquum est viri clarissimi quia vestrę prudentię &c̄.

Pudicitia.

Animę felicitas.

¶ In Funere nuptę: vbi aliqua de viri honore. De cult⁹ qualitate. De vitę nostrę malis: & incerto hominis statu. De mortis commodis. Titulo quarto.



TVdicarem melius venerandi ciues silentio vti: q̄ nihil dignuꝫ honestissimæ fœminę laudibus dicere: sed amico obsequi volens pauca de multis afferam: ne audienti fastidium fiat. Seruabat in primis Liuia matrimonium optime & viro authoritatem suam: totaqꝫ domus ab ea discebat: quantum illi honoris deberet: tanto itaqꝫ honoratior erat q̄to virū magis venerabatur. Vir enim caput est mulieris iure coniugij: magnus ergo maritis debetur honor. quod quidem liuia casta exequebatur. Nam viro obsequens erat sicuti oportebat ī dño. Virum dominum suum vocabat. Filios in omni timore domini erudiuit. Torum immaculatum custodijt: Immoderatum cultum nimisqꝫ exquisitum obhorrebat: ornatum simplicem atqꝫ habitum commendans. Pallor & sordes gemmæ eius erāt: qꝛ pulchritudo vana est & fallax gloria. Erat & miro fidei ardore succensa. Oculis honesta & verbis: Non enim detrahebat alicui. Nam qui murmurat cęli regnum recipere nō potest. In nullos odium gerebat: Non inuida non iracunda erat: sed patiēs modesta humilis mansueta casta: Quapropter ne castitas in ea periret: neqꝫ honestas deficeret: sollicita fugiebat virorum consortia: carnis & vini species: quasi caloris fomites & libidinis incitamenta vitabat. Erat ei⁹ sermo pudicus: Incessus honestus. Venust⁹ vult⁹: lingua affabilis: Mens omni dilectione plena. Familiam suam ita regebat: vt se matrem magis

Maritus.

Cultus.

Pulchritudo.

Murmurās

Familia.

suorum/q̄ dominam videri vellet. Et quoniam diligit dominus munda corda/omni cura seruabat cor suum: Cuius anima pia & religiosa hodie carne soluta est: Itaq; discessit e mundo multis repleto miserijs. Vbi semper homo natus est de muliere incerto statu breui degit tempore. Nunc & enim diues/nunc pauper/nunc sanus/nunc languidus/nunc gaudēs/nūc tristis/nunc videns: nunc cecus/nunc ciuis/nunc exul/nunc bonus/ nunc malus. Dolore capitis/stomachi/epatis/omniumq; membrorum vexatur. Sicq; moritur. Sicq; ad sepulchrum ducitur. Discessit e mundo Liuia sed vitam non finiuit: Immo de vita ad vitam transijt: de laboriosa ad quietam: de misera ad beatam: de temporali ad eternam. Anima nanq; non moritur: nec succumbit per mortem: cum sit immortalis. Verum ardebunt Miseri in igne eterno semper: Iusti autem in vtiam æternam ibunt: nunq̄ amplius corruptionem visuri. Merito igitur Liuia dicet: Nolite ob secro mea morte flere: sed gaudete potius. q ad regna celorum & ad paradisi delitias iui. Reliquum est &c̄.

Vitæ mala

Mors bona

Miseri.

Iusti.

¶In Funere mariti: vbi aliqua de innocente & nocente De obsequio in alios. Quo pacto loquendum. De curis vitæ præsentis. De pacis bono & fortitudinis. De filiorum educatione. Titulo quinto:



Aeret vox inclyti viri: & singultus verba loquentis impediūt nemo enim lachrymis dolorem equare posset: Cū obierit Diomedes ille homo innocens/verax dei cultor/ab omniq; malo abstinens. Vnde iure ac merito illa dicere potest: Nulli nocui hominum: Iuste vixi cum omnibus: malitiam odium/atq; inuidiam: q̄ maxima vel sola semina sunt nocendi a me fugaui. Neq; manu tantum/ neq; lingua/sed corde quoq; custodiui innocentiam: Nec modo opere: sed voto etiam nocere metui: quātum enim ad peccati rationem pertinet: nocuit & qui nocere constituit. Quecunq; volui mihi facerent homines: illa eadem feci illis. Nulli vnq̄ omnino detraxi: nec aliorū vituperatione me laudabilem ostendere volui. magisq; vitam meam ordinare didici/q̄ alienam carpere. Diu considerabam qnid loquendum esset: & adhuc tacēs puidebam nequid dixisse pœniteret. Mentiri atq; iurare lingua mea prorsus ignorauit. In omni actu atq; verbo quietam & placidam mentem seruabam. Non quærebam/quod mihi vtile esset: sed pluribus. Ita erat mihi domus sollicitudo: vt aliquam sepius animæ vacationem tribuerem. Et quia fidelius & gratius semper obsequium est: quod ab amore: q̄ quod a metu percipitur: Ideo benignitate potius q̄ seueritate a familia reuerentiam exhibebā. Coniugium venerabile immaculatum seruaui. Vxori debitum reddidi. facile ex inimico amicum feci. Nec adeo me curis vite præsentis inuolui: vt futuræ oblitus essem. Quo in me neq; macula neq; ruga ante tribunal iusti iudicis appareret. Et quis diues essem: non tamen supb⁹: elat⁹: ipius erā. Pax mihi in cunctis cū oībus: Pax em̄ ē sola virt⁹: q̄ bonū hēt & iucūdū. Pax ē amor vīculū charitat cōsortiū Pax bella cōpescit: iras cōprimit; simultates tollit; supbos odit; hūiles amat: discordes

Inuidia.

Nocere.

Vita ppria

Sarmo.

Obsequiū.

Fortitudo. sedat: inimicos conciliat: cunctis placet: a cunctis operatur. Fortitudine eram tali/ vt nulla fortunæ iacula timerem: fortitudine spreui diuitias/ honores/ pompas/ & dignitates: Aliorum inopiæ bona mea impertij. Et

Auaritia quia ꝑmisit deus veniam pœnitenti/ iccirco sæpius confitebar. Amabaꝫ honesta lucra: nam radix malorum omniũ est auaritia quæ sola terminũ nescit. Cæterum ꝙ non est parui apud deum meriti: bene filios educare: &

Filij. Heli sacerdos offendit deuꝫ ob vitia liberorũ: ad compandaꝫ filijs modestiam/ ꝟtutem/ doctrinam/ impendi operam. & non solum nihil peccando: verum etiam honesta singula peragendo manifestum meme filijs exẽ

Parentes. plar exhibui: vt in ea in vita quasi quoddam speculum intuentes/ ab operum simul & sermonũ turpitudine pœnitus se auerterent. Nam parẽtes qui liberos erudiẽdos curant: longe honorabiliores sunt his: qui soluꝫ generant: ij enim viuendi tantũ illi etiã bene beateqꝫ viuendi authores sunt Demũ ꝙ nihil humilius/ nihil vilius/ nihil inuenit̃ omni iniuriæ passioniqꝫ subiectius/ & magis obnoxiũ caduco hominũ corpore. Exij tandem carcerem illum teterrimũ contritus corde/ & ore confessus: omnibusqꝫ sacramentis eccl'ię munitus: itaqꝫ cęlos adiui: vbi quidẽ molestiæ nihil: sed omnia quieta & tranquilla aspiciuntur. Tenetis pro me duos filios virtute ꝑditos: In quibus sane splendet paternus vigor. Vxor igit̃ ꝑ vno homine duos recepit: Qua de re date quęso lachrymis & dolori modũ: sitisqꝫ oẽs oro ac obsecro Vxoris/ & Senecæ & Lucani filiorũ meorũ salutis portus & aura. Hæc ille. Reliquũ ẽ &c.

¶ In Funere viri Cælibis: vbi aliqua de consolatore. De humilitatis ꝟtute. De diuitijs spernendis. De subeundo iudicio ante Christi tribunal. De conuiuij parcitate. De legis diuinę mandatis. De patientis laude. Ti. vi.

Consolator NOn erit optimus aliorũ ꝯsolator sapientissimi pr̃es: quẽ ꝓprij vincũt gẽitus: & cuius sensus elanguẽt. redeũt. n. mihi in mentem. Bernardi iã vita functi ꝯfabulatiões: blanditię/ sermo/ cõsortiũ: & ꝙ ijs careã pati non possũ. Verũ ingẽti amore/ quo in illum afficiebar ĩpulsus modũ in dolore q̃rã: vt eius laudibus dignũ aliqd afferã: Qui certe nihil habebat humilitate ꝑstãtius nec amabilius: ꝙ hæc ꝓcipua custos ꝟtutũ omnium. Et quanto humilior qs/ tanto sublimior. Timebat dei potẽtiam: amabat pietatem. Quẽqꝫ diligebat vt fr̃em: lædebat neminẽ: seruiebat omnibus: solebat & nudũ tegere: alere

Hũilitas. esurienteꝫ: sitienti potuꝫ ꝓbere: infirmos adire: tristibus condolere: mortuos sepelire: nihil apud se hr̃e vt suuꝫ: sed oĩa sua cum omnibus iudicare coĩa. Diuitias non appetebat: ꝙ ille vere pacem hꝫ: qui nil appetit huius

Diuitiæ. sęculi possidere. Auditũ suum magis ad bonorum laudem/ q̃ ad maloruꝫ

Auditus. vitupationem accommodabat. Sanctũ magis esse/ q̃ videri studebat. Declinabat a malo: vt bonũ faceret: ꝙ oĩs homo ducẽdus est ante tribunal Christi: vt recipiat vnusquisqꝫ debitam vitę suę mercedẽ scd'ꝫ opa siue bõa

Iudiciuꝫ cuiusqꝫ siue mala: Itaqꝫ procul esse debemus ab vitijs. Nunq̃ illum aut superbia extulit: aut luxuria traxit: aut ira ꝓcipitauit. & oẽ tempus/ in quo se nõ meliorem sensisset/ id perdidisse existimabat/ Fecit elemosynas plæbi multas: orans deum assidue. Sic fuit religiosus amatorqꝫ pudicitię: vt sæpius

cum monachis conuersaretur & clericis. Victu modico pro naturę necessitate contentus erat: Hinc procul a conuiuijs eius Phasides aues crasse Turtures/& omnes alites: quibus amplissima patrimonia auolant. Nõ ardebat auaritia: non auro sinum expandebat: nam melius est rem familiarem minui/q̃ animę salutem perire. Non homicidium fecit non adulterium: non furtum: quod veluti sacrilegium detestabatur: non falsũ testimonium dixit: Honorauit & patrem & matrem. Dilexit proximũ suũ sicut se ipsum: quę quidem legis diuinę mandatia sunt ad æternam vitã possidendam. Doloris aculeos mira patientia sustinebat: quod patiens vir prudentissimus habetur. Et quia terra sumus/certe quandoque moriendũ est. Vnde rapta est Bernardi inclyti anima deo placita/ne malitia immutaret mentem eius. Iamque Angelorum consortio fruitur: quod de hostili patria migrauit ad cęlum: Absentia cuius dolere vanum est: cum sit omnibus communis hic casus: qui nec primus videtur esse/nec solus. Dixi. Reliquum est &c.

Conuiuiũ

Rerum diminutio.

Patiens

Mortuus cur

¶ In Funere vetulæ Matronæ Catharinę Pasãtis Maternę auię meę: vbi aliqua de linguæ honestate. de pudoris vtilitate. de vanitate fugienda. de bonis a morte. dedolendis. Titulo. vij.

ETsi mihi silentium dolor impat: ciues egregij: Conabor tamẽ maternæ auiæ meę vitam breui & mores afferre. Dormiijt enĩ venerabilis illa mulier Catharina Pasantis: quę quidem tam sancte/tam grauiter disposuerat vitam suam: vt de ea sinistri aliqd ne fingi qdẽ potuerit/Cuius lingua a malo procul: ne dolũ labia sua loq̃rentur. Cuius cogitationi deus semper occurrebat. Vnde dum vixit debitum honorem viro exhibuit: ita expectabat/Ita vltimum speculabatur diem: vt se ad eum quotidie p̄pararet. Nam cum vita pręsens labilis sit & caduca/in ea bona operabatur: quod in futura non licet. Tantæ verecundię fuit: vt v̾ginalem pudorem vinceret: pudore enim gloria inuenitur: & gratia. Quid referam eius in cunctos clęmentissimũ animum: in debiles & esurientes benignitatẽ? Quid memorem charitatem & sedulitatem in ægrotãtes: quos miris obsequijs & ministerijs fouebat? Tarda erat ad loquendum: velox ad audiendũ: p̄cones sanctos audiebat libenter: & sępius quod erat virtutibus dedita & p̾humana: q̃propter ad eam non aliter/q̃ ad pudoris domicilium & honestatis sacrarium diuertebãt: Fuit igitur omnium in castitate exemplũ matronarũ. Cuius p̄ces & orones assidue exaudite impetrarunt: vt ab humanis ad clarũ cęli fulgorem ascenderet: vbi fęlicissima æuo sempiterno cum pace fruatur. Erat enim incredibili fide: eximia pietate. adde quod aliquando quum tota ferme ciuitas choreis & laruis operam daret: quum solennes celebrarentur ludi: ederenturque spectacula publica: ea sola p̄ter morem muliebris ĩgenij q̃uis adhuc iuuenis: tũ maxime humanis se subtrahebat aspectibus. Erat affabilis: blanda: liberalis quibus virtutum gradibus haud dubitandum est: eam in cęlum ascendisse: Et a peregrinatione laboriosissima & plena supplicij in patriã: De naufragio in littus: De bello ad pacem: De morte ad vitam euectam eẽ. Gaudeamus igitur Catharinam regnare cum Christo. ad cuius funus celebrã

Lingua

dum tota vrbis ciuitas ob eius in omnes merita conuenit: quam oĩs inopum multitudo matrem se ꝑdidisse clamauit. Nos dolẽdi magis sumus qui quotidie stamus in ꝑlio: & vitijs peccatorum inficimur. Illa vero iam secura & victrix nos miserijs omnibus obnoxios de cęlo conspicit. Dixi. Reliquum est &c.

Dolendi

¶ In Funere vetuli viri Petri Pasantis. Materni Aui mei Vbi aliqua de morte senibus conueniente. De continentia. De ocio fugiendo. De septem petitionibus dñicę orationis. De gaudio seruientium deo. De filiorum instructione. De diebus & annis vitę nostrę constitutis. De vitę miserijs. Titulo octauo.



Vperem clarissimi viri gaudio potius q̃ dolore vos affici: omnia enim quę secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis: Quid autẽ est, tam secundũ naturam, q̃ senibus emori? Nam habet illa, vt aliarũ rerum ita viuendi modũ & finem. Quem optimum adeptus est hodie Petrus Pasantis pauperũ hospes illis .n. terrena dabat, vt cęlestia tolleret: breuia concedebat: vt eterna reciperet .i. in omnibus deum laudans grãs illi agebat: Cani nãq; Hominis sunt sapiẽtia eius. Vnde & Caste & pudice vixit: vxore tantum propria contentus: Nec fecit vt multi solent: qui in iuuentute luxuriose viuunt: sicq; ad senectutem peruenerint, gloriantur, se continentes esse: tunc eligentes seruire castitati: quã libido eos seruos habere contẽnit: qui certe continentes dicendi sunt minime: Et propterea tales ꝑmium non habebunt: quia laboris certamen nõ inierunt: sed illos vere expectat sempiterna gloria: qui fortes fuerunt gloriosa certamina tolerare. Vti & Petrus: qui toto vitę suę curriculo contra luxuriam & cęteras voluptates durũ certamen inijt. Qui fugiens ocium, semp aliquid faciebat: honesto opere semp occupatus. Quid enim ocium est: nisi viui hominis sepultura: ꝑ quod accendimur sępius ad luxuriam: ad alias voluptates: ad alia vitia. Dñicam orationem iugiter habebat in ore ac mente: q͂ in ea septem petitiones reperiuntur: in q̃bus species oĩs orõnis insunt: quibus deum rogamus: ꝓ appetendis bonis, ꝓ euitandis malis: pro delendis commissis. Tres et enim primæ petitiones ad æternitatem. Reliq̃ vero quattuor, ad hanc vitam pertinere videntur. Recordatusq; Christi in euangelio dicẽtis: Stulte hac nocte auferetur anima tua a te: quę autem ꝑparasti, cuius erunt? Egentibus abundanter ꝓbuit, omne opus bonum executus: Hinc & eius mens diuino cultui dedita semꝑ fuit. Nam fęlix & omni dignus beatitudine, quem senectus christo occupat seruientem: quem extrema dies saluatori inuenerit militantẽ. Cui ĩ paradisi ingressu dicetur: Recepisti mala in vita tua, nunc autẽ hic lætare. Cæterum q͂ ille impleuit cursum suum: nunc fruitur corona iustitiæ: & ãgelorum pane vescetur: ait enim dominus. Ecce hi qui seruiunt mihi comedent: vos autem esurietis. Ecce hi qui seruiunt mihi lætabuntur. vos autem confundemini. Ecce qui seruiunt mihi exultabũt. vos autem clamabitis ob dolorem cordis. Reliquit deniq; vos filios ætate adulta: Vos bonis moribus, bonisq; artibus institutos: vos honestis diuitijs ac honoribus cumulatos. Vxorem vero q̃q̃ viduam, nihilominus matrẽ pulcher=

Senũ mors

Cani

Cõtinentes

Ocium

Pater nr̃.

Deo seruitẽtes.

rimæ sobolis/filijsq; lętantes. Adijciã ꝙ ad id ætatis iam venerat: vt mo=
lesta iã illi esset longior in corꝑe mora. Dies.n.vitę nrę Septuaginta anni Dies vitæ nostræ.
si aũt amplius Octoginta: & quicquid supest labor & dolor inest. Nascit
namq; hõ ad laborem & dolorẽ. Cũq; solutę corꝑibus aię maneant: fœli
cior illis status restat: q̃ est dum versãtur in corpore. Itaq; nullo pacto flẽ
da est mors corꝑalis alicuius nec bonorũ externorũ amissio: neq; corꝑis ĩ
firmitas vlla: oĩa enĩ sũt necessaria vt eueniant. omnia hæc valde commu
nia/& secundum naturam ꝑsertim senibus emori. Dixi. Reliquũ est &c.

¶ In Funere generosi viri Matthęi: Vbi aliqua de misericordiæ bono: &
humilitatis. De superbiæ malis. De operibus misericordię. De sepultura
De clæmentia. De Irę comitibus. De pacis bono. Quid sit cõfessio. Quid
vir sine litteris De scripturę sacrę virtutibus. Quæ mortis commoda. Ti
tulo Nono.



Vænam aures tam durę: quę tam sæua ꝑcordia poterunt sine
lachrymis Matthęi gñosissimi corporis & animę seꝑationem
audire? Ploranda siquidem est sanctitas/misericordia.innocẽ
tia: castitas: plorandũ est oẽs pariter in morte vnius defecisse
virtutes. A quo pauperum nemo vacuus vnq̃ recessit: illud.n.reminisce=
batur: Beati misericordes: qm̃ mĩam conseq̃ntur: Nobilis erat gñe: sʒ mlt Misericor=des.
to nobilior moribus vita/doctrina. Et q̃uis suꝑbia cõe sit nobilitatis ma
lum: erat tamen Matthęus hũilis non suꝑbus: ꝙ deus ait: Suꝑ quẽ aliuʒ
requiescã: nisi suꝑ hũilem: & quietũ/& trementẽ sermones meos? Suꝑb9 Humilis
inq̃ nõ erat: ꝙ suꝑbia mr̃ est & caput oĩm vitiorũ: ab ea.n.descendit ĩanis Superbia.
glĩa/inuidia/ira/tristitia/auaritia: voluptas carnis: in q̃ continet gula at
q; luxuria. Cibabat esurientes: vestiebat nudos: recipiebat & ꝑegrinos: ꝙ
pauꝑtati nõ nobilitati futurorũ btĩtudo ꝓmittitur: ꝯsolabat pupillos &
viduas: adibat infirmos. sepeliebat defunctos: ista enim sunt oꝑa miseri=
cordię. Nã quid de nobis erit: si saluator noster clęmens & pius fuerit: nos Clæmentia
vero mĩam ignoremus. Vltimũ autem & maximũ pietatis officium est:
ꝑegrinorũ & pauperũ sepultura.. Aegros quoq;: qb9 defuerit qui assistãt:
curandos fouendosq; suscipere summę hũanitatis & magnę oꝑationis ẽ.
Ab omni illicito recedebat: ad oĩe bonũ prõptissim9 erat: Nec tñ corꝑe
abstinebat: sed ẽt mentẽ seruabat illęsã: Erat magnus in magnis: primus
in primis: Iracundus minime: ꝙ ab ira nascitur odium/contumelia de=
tractio/susurratio/& iniuria. Martyrũ & sanctoruʒ vigilijs ieiunabat: vt Ira.
sicut ieiunando cũ illis patiebatur: ita & inde futurũ cũ eis ꝑiter glĩaretur
Erat pacificus: ꝙ sine pace deum nemo videre potest. Pax.n. omniũ custo
dia & cura ꝟtutuʒ est: nulliq; dabitur venia: nisi pacifico viro. Quotidie Pax.
commissa flebat: non solũ sua: sed aliorum etiã quasi ꝓpria vulnera. Pec=
cata meditabatur/modum & circunstantias peccatorũ confitendo. Naʒ
confessio est: animarum salus: vitiorum dissipatrix: virtutum instaura= Confessio
trix: salus: dux: baculus: & spes omnium fidelium. Erat & sapiens: et fi=
dus & eruditus. Quid enim homo sine litteris reputatur. Quid
enim est? Nunquid non pecus vel hædus? Nunquid non Bos/vel
Asinus? Nunquid non equus vel mulus? quibus non est intellectus?

Scriptura sacra.

Scripturæ potissimū sacræ inuigilabat: Ea siqdē corda illuminat: animū sanctificat: fidē munit: lumen scientiæ pbet: lætitiam sancti spiritus accē dit: de insipientibus sapiētes facit: istruit errātes: sanat ęgros: reges humiliat: hūiles exaltat: humilitatē: lenitatē: charitatē: obedientiā: & mansuetudinē docet: Abstinentiā: castitatē: largitatē: & voluntariā paupertatem conseruat: Fęlicitatem suauitatē gaudiū omnibus pfert. Ideoq́ cogitatio eius in spe vitæ perpetuæ tota versabatur: humana cōtēnēs: diuina suscipiens: vt summū illud bonū: ad quod natus erat posset adipisci. ¶ Possē vlterius ēt de Matthęi virtutibus & excellentia plurima dicere: Nō tñ satis ad materiæ dignitatē: & ad meritū psonę suæ. Desiderio cuius merito tenemur oēs: Sed aduersus mortis duritiam: & crudelissimā necessitatez hoc solatio frui debemus: ꝙ reuisuri sumꝰ: eos quos dolemꝰ absentes: Neq́ eñ mors: sed dormitio: & somnus appellatur. Ea vero neq́ oīno mala est: nisi male viuētibus: qbus autem vita est innocenter acta vti & nostro Matthęo mors est malorum terminus: fęlicitatis initium: laborum requies: victorię palma: & deniq́ ad parentem suum ciuitatemq́ sāctorum recessus: Quo quidem & nos ibimus Matthęi sāctissimi vitam: mores: studia: imitando. Dixi. Reliquum est &c̄.

Mors

Mors.

¶ In Funere venerandi Epi: vbi aliqua de vitāda iactantia de Ieiunij bono. De vitādis fœminis. De pastoribus ecclesiæ negligentibus. De orationis frequentia. De cibi modo. Quorum libri legendi: & qualiter. Inimicis cur benefaciēdum. Qualis Epi vita. De ordine episcopali. De vitę malis. De imperitis arrogantibus fortunatis. De peritis infęlicibꝰ. Titu. x.



INiquo Funere Polydori Episcopi sciētissimi consternatꝰ: vix equidem loqui valeo patres optimi. Non quod eius vicem doleam quem scio ad meliora transisse: sed quod desiderio tāti viri afficiar. Cuius ego in pręsenti nihil laudauero: nisi quod prium fuerit. Animaduertite igitur: Illud autem in primis: ꝙ & si generosissimus erat ꝙ patritij sanguinis: & si doctissimus: atq́ eloqntia sūmꝰ: siquidem de lingua eius dulcior melle oratio defluebat: Nulla tñ se gñis nobilitate, nulla eius doctrina: nullaq́ eloquentia iactabat. sciebat enim nihil esse tam periculosum, q̄ glorię cupiditas est & iactantia, tumēsq́ animus virtutum conscientia. Nec se cæteris pręferebat: nec tamen erat plus ęquo humilis. Multa in ipso gratia inerat: moderatum silentium: moderatus incessus. Viuebat pane & legumine: & holeribus: quę solo sale condiuntur: Canebat & cum propheta: Humiliaui in ieiunio animam meam. Naturę enim ardorem crebris ieiunijs frangebat. Testes eorum omnium: qui secum duxere vitam. Tantum vero sibi ieiunij assumebat: q̄tum ferre potuisset: In ieiunio: sed enim haud est perfecta virtus: sed cæterarum virtutum fundamentum & sanctificatio, & pudicitia: sine qua nemo deum videbit. Hinc adolescentiam suam nulla sorde maculauit: pudicitia cæterisq́ virtutibus; vt sapientia: fortitudine: iustitia: humilitate, mansuetudine, abundans: Fœminæ vultum eius nesciebant: nam vt ille q ignē tetigerit statim aduretur: ita viri tactus & fœmię sentit naturā suā: & diuersitatē sexus intelligit: ꝙ fœmię arcana mētium acuto mu=

Gloria.

Ieiunium.

Fœmina.

crone percutiunt. Tales etiam comites habebat: quorũ contubernio nullam consequeretur infamiã. Desideriũ suũ Christus erat: omniq; diligentia seruabat cor eius: vt absq; lapsu & vulnere transire posset. Iccirco erat ei cellula p paradiso: ibi varia scripturarũ poma decerpebat: ijs sibi vtebatur delitijs. Cohortabatur ad studia clericos omnes: egẽtibusq; suggerebat: nam diuitias lutum putabat: hisq; victũ & vestitum/ ijs gaudebat diuitijs. Siquid plus habuisset/ illud pauperibus erogabat. Nam magna est beatitudo p paruis magna recipere: ęterna p breuibus: p mortuis semp viuentia. Mirabant oẽs incredibilẽ abstinentiam/ consciam/ humilitatẽ: ego aũt nil ita stupeo: q̃ honorẽ & gl'iam se ita nihili facere potuisse. De regno Christi de futura beatitudine & gloria sępius assistentibus pdicabat: arguens quidem negligentes ecclię dei pastores: ob quorũ incuriã perit oĩs decor christiani populi: quũ neq; in legis diuinę cogitatione: neq; in pietatis cultu: neq; in sacrarũ vtutum exercitio laborarent. Tunc.n. rectorũ doctrina sanitas ẽ: quum doctrina ipa pariter & vita cõsentiũt. Rectorũ quoq; esse dicebat: vt laborantiũ sudorẽ nossent. vt lapsis manũ porrigerẽt: vt errantibus iter oñderẽt. Ipseq; nullius psonam accipiens/ quantũcũq; potens eẽt vel nobilis: si peccassz corripiebat eum: siquidẽ non est crudelitas pro deo crimina punire: sed pietas. Amabat scientiam scripturarũ: ne vitia carnis subiret. Assueuerat ẽt ad orões & psalmos nocte consurgere: mane hymnos canere/ Tertia/ sexta nona/ hora/ stare in acie quasi bellator xpi: accensaq; lucerna reddere sacrificium vesptinũ. sic dies transibat. sic eũ nox inueniebat laborantẽ. Oroni lectio/ lectioni succedebat oro. Nec vnq̃ cibum . . ne lectione sumebat: quotiesq; vesceretur meditabat/ q statim ei orandum illico & legendum esset. Post sanctas vo scripturas doctorũ hominũ volumina legebat: illorũq; dũtaxat libris/ illorũ oblectabat ingenijs: in quorum scriptis pietas fidei non vacillaret: Cæteros ita legebat: vt magis iudicaret: q̃ sequeretur. Magnę nãq; prudẽtię est/ aurũ ĩ luto quęrere: Errata rephendebat/ facienda edocens. Nec solum amicis/ sed inimicis ẽt bñficia cõtulit qñ.n. inimicis nostris beneficia imptimus: eorũ malitiam nr̃a bonitate supamus: & mollimus duritiam: iratũq; animũ ad beniuolentiam flectimus. Imitabatur itaq; deum prẽm: qui solẽ oriri facit super bonos & malos: pluitq; super iustos & iniustos. Nunq̃ petens/ raro accipiebat rogatus: beatius.n. est magis/ dare q̃ accipere. Et episcopi gl'ia est pauperum opibus puidere: vti & ignominia est omniũ sacerdotũ pprijs studere diuitijs. Honorabat clericos/ vt & sibi a clericis honor deferret. Forma erat fideliũ in sermone: in conuersatione: in charitate: in fide: ĩ castitate. Oportet.n. epm irreprehensibilẽ eẽ: & sine crimine q̃si dei dispensatorẽ. Nam quõ alterũ rephendet quũ ipe/ q potestatem accepit: vt doceat/ sit rephendi dignus? Ipe pdicabat: ipe hortabatur: Ipe pmonebat omẽs: q Epi vita forma debet esse clericorũ: vt hac in mortali vita viuendi modũ & exemplũ ab eo sumant. Nam epalis ordo & primus & pfectus in cunctis est ecclesiæ gradibus: Ipse.n. ordinat sacerdotes: Ipse leuitas: Ipse subdiaconos: Ipse lectores: Ipe ostiarios: Ipe fossarios: Ipe fabricę dei pręest. Ipse qđ vnusquisq; facere debet: oñdit. Ipe ligat: ipe ligata soluit: Ipse claues regni cęlo

Btitudo

Pastores ecclesiæ.

Rectores

Inimici.

Episcopus.

Epi vita

Epalis ordo.

rum habet. Huic ſumma a cunctis clericis: atq; ab omni populo deferen
da reuerentia eſt. Hic ꝑ omnia dei ſimilis eſt: ſi hũilis/ſi bonus/ſi & perfe=
ctus fuerit: Qualẽ ſane fuiſſe Polydorũ Epm̃ vere ſanctum: vno ore oĩs
ad vnum ꝓdicant: Itaq; ſuis meritis/ſua optima vita/iam aſſumptus eſt
Vitę mala. in requiẽ Apl'orũ & martyrũ: relicta ſęculi huius ſtatione malefida: Vbi
omnia plena ꝑiculis: oĩa plena ſunt laq̃is: vbi incitant cupiditates. inſidi
antur illecebræ: blandiũtur lucra: damna deterrent: nec ſempꝑ veracia ſunt
ora lauantiũ: vbi ſæuit odiũ: vbi quotidie bella inſurgũt: morbi ĩuadũt:
naufragia abſorbent. Vbi etiã in eccl'ia imꝑitiſſimi quiq; florent: Et quia
Imperiti nutrierũt frontis audaciã/& volubilitatẽ linguę conſecuti ſunt: dũ non
cogitant q̃d loquant̃: prudentes ſe & eruditos arbitrant̃: maximeq; ſi vul
Eruditi gi fauorẽ habuerint. Et econtrario vides eruditũ virũ latere in obſcuro:
& ꝑſecutiones pati/& non ſolũ in populo grãm non habere: ſed inopia et
egeſtate tabeſcere. Hęc autẽ fiunt. quia nõ eſt in pñti meritorũ retributio/
ſed in futuro. Quocirca iam Polydorus/quẽ lugemus in terris: in cęlo re=
gnat: itaq; repudianda ſunt iã lamẽta: ꝯprimendi gẽitus: & ab oculis ab=
ſtergendę ſunt lachrymæ: Ne noſtro incõmodo: noſtraq; iactura dolere
potius & inuidere glorie eius videamur. Dixi Reliquum eſt &c.

¶ In Funere pij reuerendiq; ſacerdotis: vbi aliq̃ de bonis eccleſiarum. De
clerico negociatore. de ſcientia diuinę legis. de ꝑ̄ſbyteri ſermone. de saluta=
ri ſacrificio. de honeſta conuerſatione. Quid ſit caſtitas. de orõnis tẽpore
de Inuidię malis. luxuria quid ſit: & q̃ eius mala. de puro animo ſacrificã
tis. De obedientiæ bono. Tit. xj.


Achrymis ora mea rigantur optimi ciues: vocẽ ſingultus oc=
cupat: q̃s. n. ſiccis oculis recordetur liberalitatẽ: doctrĩę cumu=
lum/nitorẽ linguę: acumẽ ingenij reuerendi ſacerdotis ãtiochi
qui vt nudus & leuis ad cęlũ volaret/ſolo victu & veſtitu lętus
egentibus manu ꝓpria neceſſaria exhibebat: ſciẽs eccl'iarũ bona pauperũ
Eccleſiarũ bona. pr̃imoniũ eſſe: ſacerdotũq; domos debere oĩbus eſſe cões: Hinc eius mẽſu
ſulã paupes & ꝑegrini nouerunt: altariq; ſeruiẽs altaris oblatione ꝯten=
tus/lucra ſcl'i ĩ xp̃i militia nõ q̃rebat ĩmo negociatorẽ clericũ ex inope diui
Clericus negociator tem factũ/& ex ignobili gl'ioſũ quaſi quandã peſtẽ fugiebat. reiectis itaq;
diuitijs orõni/lectioniq; ſacrę ſine intermiſſione vacabat: quotidie de ſcri
Scientia legis. pturis aliquid referens. ꝙ vani ſũt hoĩes/q̃bus deeſt ſciẽtia diuinæ legis.
Vnde dominus ait illis: Erratis neſcientes ſcripturas. Erat igitur myſte=
Presbyteri ſermo. riorum peritus/& Sacrorum dei: ꝙ Preſbyteri Sermo ſcripturarũ lectio=
ne conditus debet eſſe. Oraq; eius cum mente ꝯuenire ne confundant oꝑa
ſermonem ſuum. Paſcebat iccirco omnes v̾bo & exẽplo: ignorantes doce
bat: ſeipſum imitabilem ꝑ̄bens: aut iuniores alij gradus benignum & hu
milem conſecuti: vita & teſtimonio ſacerdotis poſſent exurgere. Erat &
Sacrificiũ ſalutare. gratus omnibus a cunctiſq; vt pater colebatur & venerabatur. Et quia ſa
crificium ſalutare eſt/attendere mandatis/ab oĩq; iniquitate diſcedere: bo
niq; mores turpibus corrumpuntur: Ideo delitias omnes/& lepores & ri
ſu dignas vrbanitates/cæteraſq; amatorũ ineptias deteſtabatur. Repel=
Suſpicio lebat & illos omnes: in quibus male conuerſationis ſuſpicio eſſe potuiſſ3.

Mulierum consortia & societatem potissimum illarum etiam: quę de ge=
nere suo erant: vbi enim vnius est tabernaculi conuersatio/carnis non fa
cile tollitur oblectatio. Amabat inde pcipue castitatem: sine qua nr̄a ope=
ra placere non possunt. Est enim Castitas ornamentum nobilium: exal= Castitas
tatio humilium: Decus sanctę nostræ religionis: Diminutio criminum
multiplicatio meritorũ: dei amica: angelorũ cognata: Martyrũ auxiliũ:
Virginum speculum: Viduæ refugium: Cunctorũ bonorũ gaudiũ & so Oro iusti
lamen. Orabat & ꝓ inualidis: ꝙ oratio iusti assidua multum valet: & po
test apud deum: totisq; viribus nitebatur canonicis horis cũ deo loqui. Orare.
Qm̄ ante tempus orare/prudentis est: constituto tp̄e obedientis: omisso
orandi tempore/summe negligentis. Non murmurabat: Non detrahe=
bat: Non inuidebat alicui. Inuidia nanq; virtutes om̄s bona omnia dissi= Inuidia.
pat: mala oīa gn̄at: omni vitio peior: om̄i peste crudelior. Non ꝑteruus
erat: non iracundus: non turpis lucri appetitor: ꝙ om̄e lucrũ a p̄sbyteris Lucrum
debet esse alienũ: non gl̄iam q̄rebat: non honores. Et si ep̄i vicarius veli=
terno clero pesset: Raro in forũ se cōferebat: mortuos sine p̄tio sepeliebat.
auaritiam submergebat ꝑ elemosynã. Supbiam ꝑ humilitatẽ. Luxuriã Luxuria
ꝑ abstinentiam. Luxuria siquidẽ est: pessima ỽtutum destructio: vitiorũ
fossa: charitatis ꝑditio: bonorum & crumenæ euacuatio: cuius dulcedo
mox in amaritudinem grauẽ ꝯuertitur: ꝑ luxuriã pax destruitur: homi
cidia fiunt: ciuitates combustę sunt: regna perdita: & oīa mala eueniunt.
Conuiuia sęcularium vitabat: eorũ maxime: qui honoribus tument: ꝙ sa= Sacerdos.
cerdos dei minister & seruus est: sed tunc vere/si sobrie/si iuste/si pie/ & ca=
ste vixerit: Nũq̄ vinũ redolebat: ꝙ vinolentos sacerdotes & Ap̄ls dãnat.
Erant ei ieiunia pura/casta/simplicia: moderata non supstitiosa: nam for Ieiunium.
tissimũ ieiuniũ est aqua & panis. Visitabat languentes & miseros. Nec so
lũ oculos castos seruabat: sed mentẽ & linguã: ꝙ oblationũ vota & sacri Oblatiões.
ficia reprobantur: nisi purus & sanctus fuerit aĩus offerẽtis. Nũq̄ de mu=
lierũ formis disputabat: ꝙ potissima clericorũ tentamẽta sunt mulieres. Mulieres
Pontifici suo subiectus erat atq; obediẽs: ꝙ omni oblatione & hostia præ
ciosior ẽ obtẽpantia mandatorũ dicente ꝑpheta. Ecce obedientia melior Obedien=
est q̄ sacrificiũ. Quib⁹ quidẽ ỽtutibus illũ adijt p̄rem Antiochus vita de= tia.
functus qui nunq̄ moritur: Et q̄ ideo viuens mortuus ẽ: vt nos mortuos
viuificaret: Iã vale Antioche: Spes: Fides: Charitas & or̄o tua xp̄o te soci=
ant: fœlix igit̃: nãq; bonorũ merces p̄lima ẽ ĩ cęlis. Dixi. Reliquũ est &c.

¶ In funere sacri theologi Pauli Callarij: vbi aliq̄ de obedientię Bono. de
Abstinẽtię virtute / & pauptatis. De or̄onis freq̄ntia/ De tẽperato cibo.
De Mulierũ fuga. de pacis ỽtute. de Resurrectionis fœlicitate. de Leonar
di Coni Summi Theologi laudibus. Tit. xij.


Equeo sine gemitu eloqui: & hærentem linguam viscera com=
mota non laxant inclyti ciues. Video enim nos Paulo Calla=
rio theologo ꝓ̄ssimo puatos: Qui certe nōdom⁹: nō familiæ: nō
fratrũ: nō possessionũ: nō alicui⁹ rei q̄ ad sc̄lm ptiet mẽor cęlestĩ
aulæ desiderio duct⁹: Monasteriũ petijt: vt ꝑua dimittẽs grandia possi=

deret: nã centuplicato fœnere christi promissa reddũtur. Viuebat itaq; illic sub vnius disciplina patris consortioq; multorum: vt ab alio humilitatem/ab alio patientiam/ab alio silentium/ab alio mansuetudinem disceret. Antistitemq; monasterij timebat: vt dominum: diligebat vt parẽtem. Credebat & salutare sibi quicquid ille preceperat: ita iussis omnibus

Obedientia

obsequebatur: quia obedientia virtutum omnium custos est: quę cęlum aperit: inferna claudit. Nec vnq̃ solus extra monasterium procedebat. Nec vllus Iuuenũ fratrum sano & firmo corpore: Tantę se dederat continentię quantę ipse fracto & senili debiliq; corpusculo. Affligebat enim corpus suum verberibus/vigilijs/abstinentia ęscę & potus. Nam magna & admi-

Abstinẽtia.

rabilis est abstinentię virtus: per quam homines filii dei efficiuntur: vitia expelluntur: per quam animarum salus: & corporum sanitas possidetur Peccantem fratrem cum omni mansuetudine & sine mora repręhẽdebat Amabat omni affectu paupertatem: ipsa enim est sanctorum possessio beatorum vita: fidelium securitas: clericorumq; ornamentum Non discur-

Monachus

rebat per compita: & plateas/vt multi solent: ne Monachus esset inter sęculares: ne inter monachos ſecularis. Erat ei conuiuium/Lectio/Quies/Cogitatio Christus. Vnde cupiens saluus fieri/& sanctorum commertio frui: fugit homines: fugit mundum & pompas eius: quia nemo deo militãs se negocijs sęcularibus implicat: cũ mundus in maligno sit positus. Ora

Oratio pro defunctis.

bat & pro defunctis: vt dum fuerint in ęterna vita/pro eo ediuerso orarẽt. Iugibus autem orationibus dies noctesq; iungebat: illud implens psalterij: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Ita leuia peccata flebat: vt illum grauissimorum criminũ

Orare.

reum crederes Mane/hora tertia: sexta: nona: vespere: noctis medio/per ordinem Psalteriũ decantabat. De scripturis sanctis quotidie aliquid edi-scebat: alijsq; explicabat: Eorumq; salutem lucrum animę suę faciebat. nihilq; aliud loquebatur: nisi quod ad dei laudes pertineret. Disputantem cuncti admirabantur: Prędicantem omnes adibant: seu Romę/seu Venetijs/seu in Patria: seu alibi concionem haberet: Tantus erat in lingua nitor: Tantus in ore lepor: Tanta gestuum gratia: Tanta rerum doctrina: Tãta deniq; morum & vitę fama & Sanctimonia. Ex quo enim cœperat diuino cultui deseruire: carnibus & vino semper abstinuerat: propter libidinis quidem ardores: qui ex ijs nascuntur. Oua quoq; vitauerat dicens esse

Mensa. Cibus.

liquidas carnes. Nec cibos ante sumebat: nisi oratione premissa: Nec recedebat a mẽsa: nisi ageret gratias creatori. Crapula & ebrietate/& curis huiusce vitę cor suum non grauabatur quoniam modicus & temperatus ci-

Cibus.

bus & cœnula/carni & animę frugi est & vtilis. Venterq; mero ęstuans facile in libidinem spumat: Erat igitur Holerum & Pomorum & Leguminum apparatu contentus: quia & facilior: & arte impendijsq; cocorum non indigeret: Ei Oppidũ Carcer & solitudo Paradisus erat: Hic omnibus mũdi negocijs: curisq; sepositis: semper in templo erat diebus & noctibus deo seruiens in terra positus. Ardentesq; dæmonum faces Ieiuniorum & Vigiliarum frigore restinguebat. Ideoq; impollutus fuit: Virginitatisq; perpetuę: quia grati sunt deo omnes immaculati. Nec vnq̃ hospitiolium suum

Mulierum pedes terebant: reminiscebatur enim paradisi colonuз mulie re eiectum: Quocirca se nūq̄ mulieribus miscuit: adeoq; il as obhorrebat vt raro cognatas & propinquas videret: Cum fratribus omnibus pacem habebat: ꝙ domum vel mentem in qua pax dominatur: dæmon intrare non valet: Et qui pacem cordis: oris: & operis non habet: Christianus di ci non debet. Eius cubile folijs contextum erat: ad quod sane lassus adi= bat: nec dum expleto somno feruens surgebat: Tepidum enim discipulū non amat Christus: A quo quidem Paulus Callarius ciuis noster: theolo gorum & patrię decus: iam reuocatus est: vbi & lætus & gaudens interest agminibus Angelorum. ¶ Sed fixum nostris animis hærere debet: Nos quum hinc exierimus aliquando ad corpora nostra esse redituros. Et ani mæ iterum & corporis diuortium coniugaturos: ad statum pulchritudi nis decoremq; renouandum. Erit enim tunc caro sine terra: corp⁹ sine do loris sensu: anima sine metu: vita sine fine: ætas sine tempore: lux sine no cte: beatitudo perpetua. Idq; erit sanctis requies id oblectamentum: id vo luptas: id delitiæ. Est ergo dolori modus & lachrymis adhibendus: Cuз eius pauli & corpus lucidius & animam beatiorem: quandoq; visuri si= mus. ¶ Restiteritq; nobiscum nec eo inferior: neq; indoctior: neq; deteri= or: sed par in omnibus Leonardus Conus: vt ille ciuis noster: vt ille sum= mus theologus: nec cuiq̄ secundus vt ille diuo Francisco deuotus: vt ille religionis columen: Scimus enim disputantib⁹ eis theologos cęteros vix hiscere ausos. Cuius Leonardi virtus: doctrina: memoria: vita: sapientia linguę lepor & gratia: non Italiæ tantum: sed toti Gallię: toti Hispaniæ: toti Britanię iam diu patet. Quapropter numina cuncta oro ac obsecro: & Leonardo ipsi: & nobis omnibus: hic longiorem fęliciorem q; vitæ sta= tum concedant: Ibi vero sanctorum Martyrum beatitudine frui: Qua cer te nunc Paulus Callarius & gaudet: & lętatur & fruit: Dixi Reliquū ē &c.

Immaculati. Mulieres. Pax. Discipulus. Resurrectio gnalis. Leonardus Conus.

¶ In Funere clari pręceptoris. Vbi aliqua de discipulorum eruditio= ne. De Inuidia. De Castitate. De repręhensione. De ira. De cruce. De inno centia. De malorum solatio. De patientia. De philosophis & poetis. De tolerantia. De vigilijs. De lege vitę & mortis. De duabus vitis. Tit. xiij.



QVid lachrymarum: quantos gemitus: quid doloris effundere debeam viri pręstantes neminem sane latet. Obiit enim opti= mus ille nostrorum puberum: nostrorum adolescentium: no= strorum iuuenum moderator Lęlius. Quem ego vnice dilige= bam: ꝙ nihil erat illo grauius: sanctius: doctius: Cum & acri & magno i= genio: parcus in victu: Modestus in cultu esset. Cuius interitu merito ci= uitas vniuersa & luget & męret. Nam ita discipulos erudiebat: vt dei tem plum futuri essent: vt nihil audirent: nihil loquerentur: nisi ꝙ ad dei timo rem pertineret. turpia non intelligerent: periurium atq; inuidiam dilig̃e= ter cauerent. Inuidia siquidem omnia mala generans: concordiam dissi= pat: Est autem ex alienis commodis animi dolor: Quocirca nulli inuidet bonitate pręditus. Docebat eos: silentium: sermonem: incessum habituз moresq; describens. Turpe verbum de eius ore nūq̄ exibat: ꝙ animi ima=

discipulorum eruditio. Inuidia. Verba.

go sermo est: nam qualis vir talis oratio: Vnde & fatuus fatua loquitur. Loquaces arguens: tacentes maxime prędicabat. Eius sermo erat copiosus: varius: dulcis: & qui repugnantes quoq; duceret & impelleret. Nihil ab eo discipuli audiebant: nisi profuturum: nihil discebant: quod nescisse rectius fuisset. Magister erat sanctę conuersationis: multorumq; castitatem: lucrum suum faciebat. Castitas enim virtus est: quę nos deo commẽdat: quę nos angelos facit. Ipsius autem viuendi norma cęteris omnibus exemplum erat virtutum: Nam quęcunq; discipulos admoneret: prius ipse faciebat: ne opera sermonem suum confunderent: dum in schola loq̃retur: vbi tacitus quisq; responderet: cur ea quę doces non facis? Et qua liberalitate peccantem corripies: cum tu ipse eadem quę in alios reprehendis admiseris: sitq; turpissimum: quod obiicitur: in obijciente cognosci. Itaq; omni virtute & sanctitate refertus discipulos suos magis exemplo q̃ verbo docebat. Cum esset in eo summa religio: summus in studia ardor: magna oris modestia: magna fandi suauitas: mirus amor in studiosos: Multis enim virtutibus abundat: qui alienas amat: mira in omnes mãsuetudo: Nam muliebre est furere in iram: Et qui iracundiam vincit hostem superat maximum. Quapropter iracundos blãditijs adibat: Lenes & mansuetos correctione: Conuicia inter se iactantes sermone lenissimo placabat. Damnum appellabat cum mala fama lucrũ. Suiq; reminiscẽs in homine calamitoso pius erat: sciens elemosynã non tam accipienti q̃ tribuenti prodesse. Qua de re omni opere: omni labore: omni gratia: miseros adiuuabat. Quem egredientem hospitio: armabat oratio: Cui etiam regredienti occurrebat oratio. Cuius in omni actu: in omni accessu: crucem manus pingebat. Nam crucis signum dęmon in fronte inspiciẽs contremiscit. Nec vllo pacto imitabatur illos: qui sub christiano nomine gentilem vitam agunt. hinc eius pueri nihil in contubernio suo: nisi sãctum honestumq; videbant. Nullum offendit vnq̃: ꝙ inter summas hominum virtutes Innocentia numeratur: quę iusto & sapienti viro ꝓpria est virtus. Nullius nomen suis carminibus maculatũ est: ꝙ ab altero expectes alteri quod feceris. Nec ipe alijs detrahebat: nec alios audiebat detrahentes. Malorum enim solatium est bonos carpere. Vnde inuenti sunt scioli tantum ad detrahendum. qui eo se doctos ostentare velint: si cunctorum vitam lacerent. Inde fieri quidem non quidẽ non potest: vt absq; hominum morsu vitæ huius curricula quis pertranseat: Cum etiam omẽs sancti ęmulos habuerit. Ipse deniq; Lęlius ęmulorum mendacia summa cum patientia ridebat. ꝙ nullus beatus esse poterit: nullus cęlorum ciuis efficitur: null⁹ dei amicus erit: q inter mala patiẽs nõ inuẽtus fuerit: Patiẽtia eñi: q̃ dei donũ est/cũcta vincit aduersa: & dolor oĩs patiẽtia vincit. Est nãq; maloꝝ q̃ aut ferunt aut accidunt: cum ęquanimitate ꝑlatio. Hic et laboris patiẽtissim⁹ erat: docens discipulos tam diligenter & fideliter q̃ libenter. Nã sicut vniuscuiusq; optimi operis mater est diligẽtia: ita vniuersę doctrinæ & disciplinę nouerca est negligentia. Vtq; per impatientiã omnia destruuntur bona: ita per patientiam omnia bona generantur: iniquitates omnes in profundum demerguntur. Eum discipuli vt parentẽ

Castitas. — Alios reprehẽdens — Ira — Lucrum. — Elemosina. — Oratio. — Inuocentia — Malorum solatium — Patiens. — Patientia. — Diligentia. — Impatiẽtia — Patientia.

venerabant: Ipse in oēs parentis affectum exhibuit. Indociles & tardos sę pius admonebat. Obiurgationi semper aliquid blande admiscebat: illos maxime damnans: qui in aliquo repręhendentes: latrant vt Canes: deuorant vt Leones: dolent vt parturientes. Peccantem secrete prius: exin pertinacem coram omnibus arguebat: Quo & cæteri formidarent: Vera eñ amicitia quę sentit dissimulare non debet: ꝙ amici vitia/qui fert: sua facit Et peccādi cōsuetudo peccantiū multitudinē auget. Quē vero diligit dñs corripit: Dies solēnes non taꝫ ciboꝝ abundantia: q̄ spiritus exultatiōe deuotissime celebrabat: Valde enim absurdum est/nimia satietate martyreꝫ honorare: quē scias deo ieiuniis placuisse. Hinc eius cœna expedita & parca erat Socraticis tm̄ sermonibus abundās: in qb⁹ ēt mod⁹ inerat. Affluētibus bonis honeste vtebat: hoc est modeste/sobrie/temperate/pie: Diuina lectione feruebat: Qñ vero Philosophi/qñ in manus suas libri venerāt sapiētiæ sæcularis: siqd in eis vtile repperisset: ad christi dogma conuertebat. Siqd aūt supfluū de idolis/de amore/De cura sęculariū rerū id vngui um more ferro acutissimo eradebat. Alioꝝ ęrūnas & dolores/ pprias existimabat: Erat eñ natura mitis/exemplumqꝫ pietatis. Ante pœnitentiā bñ viuebat: postꝑœnitētiā melius: ꝙ ex oīb⁹ vix vnū aut alterū tanta probitate inueneris. Possessiones variā suplectilem/argentū/aurū spernebat Sunt eñ maxime diuitię non desiderare diuitias. Nihilqꝫ magnū est ī rebus humanis: nisi magna despiciēs animus. Pacē cū oīb⁹/bellū cū vitijs habebat. Ferebat & sapienter quod immutari nō poterat Tolerabat & difficilia/quo facilia leuius ferret: Nā magni animi est propriū: & trāquilluꝫ esse/& iniurias atqꝫ offensiones sp despicere: quarū quidē remediū est obliuio. Idqꝫ agebat: neqꝫ eū merito suo odisset. Nec alit ī solitudie: alit ī foro viuebat: ꝙ nullū putaret eē locū sine teste. multo tp̄e mlto studio & labore multis vigilijs didicit/q̄ docerūt libētissime nāqꝫ ociū suum ī lr̄is collocabat. nec prię p̄ceptoribus tm̄ ptēt⁹/& rōę & venetijs/alibi plures audiuit clarissimos: vt pluriū mores hoīm/plurima loca videret: sicqꝫ doctior & acutior & aptior ī docēdo esset itaqꝫ summa ī eo dicēdi facultas/copia/hubertasqꝫ ierat, nūerisqꝫ astrictam & solutā orōnē optie cōponebat. Poetā si qdē nosse nō potest nisi qui carminum peritiam habet: & Phōs non intelligit: nisi qui dogmatum varietatem nouit. Nec solum poetis historicis/ & oratoribus: sed Platoni/sed Aristoteli/sed Lactantio/Hieronymo. Aurelio/cæterisqꝫ tum Latinorum tum Græcorum magnis ingenijs incūbebat: Itaqꝫ etiam syderuꝫ motus cursusqꝫ stellarum docili animo sumpserat: Geometriæ multiplices numeros: cælestium obseruationum rationem percęperat. Insomnes orationibus ducebat noctes. Sacras vigilias orationibus: & hymnis: lectionibusqꝫ celebrabat: vt vigilando: & orando purgaretur: beati enim sunt serui illi: quos dominus inuenerit vigilantes. Nec verbis tantum sed corde orabat. Quoqꝫ die Martyrum templa adibat: vt sacrificio: vt concionibus interesset: Nam beati qui audiunt verbum dei: & custodiunt illud. Crudelis autem & dura mors illum patriæ: nobisqꝫ/ & amicis omnibus: quorum desiderijs amicissime obsequebatur: abstulit. ꝙ lex vniuersalis est enim: quæ iubet nasci

Amicitia. Solennia. Cęna. Philosophi Poetæ. Magnanimus Toleranti a Iniuriæ Locus Poeta. philosoph⁹ Vigiliæ.

& mori. Sed qua temperantia/qua etiam constantia nouissimam valitudinem tulerit/medicis semper obsequens: quis non miretur? omnes certe admirabamur: Verum id egit: q in eo magnus erat catholicę fidei speiqꝫ feruor. Vnde eius vltima verba fuerũt illa. Domine neqꝫ secundũ peccata mea/neqꝫ secundũ iniquitates mihi retribuere: sed parce dñe parce. Pœnitet enim me facti dictiqꝫ ẽt ociosi. Post hęc animam creatori sine gemitu reddidit: Nobis omnibus humi prostratis atqꝫ attonitis. Illud preterea hoc in loco adijciam: cum nobis denegatum si diu viuere: relinquendũ aliquid esse: quo nos vixisse testemur: vt & Lælius egit. Nam scripsit opa pulchra varia/elegantia: pura: quæ maxime/cuncti probãt. Quam ob rẽ non patriæ tantum: quam omnibus quidem rebus augeri cupiebat: maxime tamen ciuium numero: sed alienis etiam ciuitatibus gratus & iucundus/a studiosis vndiqꝫ petebatur. Cuius sane viuendi formam/pręceptores alios vt sequãtur: & hortor & moneo. Licetqꝫ multis periculis: laboribus: contumelijs molestijs: ludibrijs: sit obnoxia vita longior. Lęliusqꝫ breui labore nunc æterna beatitudine fruatur. Ego tamẽ vt maximi/vt clarissimi/vt longe vtilissimi ciuis morte doleo: tristor lugeo. amisi. n. amisi vitæ speculum & Nauiculæ magistruꝫ: Quo nihil vnq̃ amabilius nec modo longiore vita: sed pene immortalitate dignuꝫ vidi. O triste plane: acerbum funus: nostrum gaudium: quo mœrore mutatum est: Vtrũ q homo duabus rebus constare dicitur: Corpore & Anima. Quorum alterũ terrenũ ẽ. Alterũ vero cœleste. Duæ vitę homini attributę sunt Tẽporalis vna/quę corpori assignatur. altera sempiterna: quæ animę subiacet. Illa terrena est/sicut & corpus: ideoqꝫ finitur. Hæc vero cælestis: sicut est anima: ideoqꝫ terminum non habet. Viuit ergo Lælius: non perijt vt putabitis. Quam sententiam & Phocylides ita confirmat. Vita breuis nob ad tempus viuimus omnes: Ast animus mortem seniumqꝫ ignorat: & idem viuit in æternum. Dixi. Reliquum est &c.

Vita longior.

vita duplex

¶ In Funere Studiosi discipuli: Vbi aliqua de parentibus. De studiosis. De obeso. De Luxuria. De pudicitia. De mundi malis. De sapiente. Titulo decimoquarto.

SI vnq̃ adolescentis obitu lachrymas fudi: si vnq̃ suspiria imo pectore traxi ciues clarissimi: Nunc maxime Dionysij acerbo funere lachrymari: gemere: tristariqꝫ debeo. Occurrit ei. Quid in illo virtutis: quid ingenij: quid sanctitatis: quid puritatis esset: Nam præstabat parentibus pietatem: Cognatis dilectionem. Parẽtem si ęquus erat: amabat: si aliter patiebatur. Peccare innocentia: nõ metu cessabat: Assuetus audire libentius q̃ loqui. Erat illi facies liberalis: ingenua totius corporis pulchritudo: mira dulcedo: mira hilaritas. comitate iuuenis. Grauitate senex: Nihil vnq̃ nisi consilio sapientissimi faciebat: Erat igitur imbutus Honestis artibus. Ne enĩ a Clarissimis & Optimis parentibus suis degeneraret: quanto labore poterat enitebatur eorum pietatem. religionem: Fidem integritatem/Constãtiam atqꝫ Modestiam assequi: semper ex bonis meliora: ex melioribus optima eligẽs: Cla

Parens

riſſima & ſuauiſſima voce recitabat: multoſq; vno ĩpetu ſpũs verſus ꝯple
ctens. itaq; cupidi ad eũ audiendũ cõcurrebant: cuncti admirantes tantã
in adoleſcẽte vim grãmq; dicendi: Quapropter tali ĩgenio delectati: eum
plurimũ ſicut merebatur amabãt. Vtq; maiorũ ſuoꝝ veſtigia: qui recte
proceſſerant aſſequeretur: Vtq; ſapiens filiꝰ gloria patris eſſet: magiſtro Filius.
rũ ſapiẽtiæ limina terebat. Nec ipſe docebat ſe: ꝙ nulla ars ĩ litteris abſq; Ars.
magiſtro diſcitur: Nec minima contemnebat: ꝙ nec cito ad maiora pro Parua for=
greditur: ꝗ etiã parua formidat. Illoſq; maxime arguẽs: ꝗ parua doctrina midans.
elati diſcere deſiſtũt: ſic ꝙ paulatim ex eo: cui nihil adijciũt decreſcit: vt va Elati.
cui penitꝰ diſciplinis ĩueniant̃: Ferrũq; quod acutũ fuerat hebetetur. Ipſe
crebrius legebat diſcẽs q̃plurima: Et tenenti codicem ſomnus obrepebat.
Qui eñ lrarum ſcientiã habere deſiderat: niſi diſcẽdi tædia ſuſcęperit: do= Litterarum
ctrinę laudẽ adipiſci nõ poterit: Et ꝗ ſapientiã & diſciplinã nihil ĩpẽdit: in cupidi.
fœlix eſt: & eius opera inutilia. Solitudinem q̃rens. Ciuiũ multitudinem
ne cũ nocentibus verſaret̃ effugiebat: Diuinaꝝ ẽt ſcripturarũ ardor ĩcredi
bilis ei: Tantęq; continẽtię fuit: vt prope modũ excederet: & corporis de=
bilitatẽ minimo victu: nimioq; labore & ſtudio ꝯtraheret. Eoq; maxime
id agebat: ꝙ illi minus ſolertes: quibus obeſus venter: pinguis eñ venter
tenuem ſenſũ gignit. Cęſariem calamiſtro nõ criſpabat: ſed pudicitiã ha= Venter ob=
bitu pollicebatur: ꝙ nulla virtus: nulla bonitas nulla ſapientia cũ luxu= eſus.
ria ſtare põt: nulla iuſtitia nulla laus ſed oĩs ꝑuerſitas in ea regnat: At pu Luxuria.
dicitia virorũ pariter & fœminaꝝ eſt ꝓcipuũ ornamẽtũ. Itaq; ſeſe illi tra Pudecitia.
debat: cuius ſermo habitus & inceſſus doctrina virtutũ erat: Et eruditꝭ
contentus auribus: ꝗd ĩperitoꝝ de ingenio ſuo rumuſculi iactitarẽt: ma=
gnoꝑe nõ curabat: Increpãtis verba humiliter accipiebat: Nã ingenia li=
beraliter educata facilius verecũdia q̃ metus ſuperat: Et nobilis equꝰ vir=
gę quoq; vmbra regit̃. tã ꝓbus deniq; tã eruditus adoleſcẽs ꝗ oĩa tẽporũ Virga.
momẽta ad ꝑcipiẽdã & exercendã doctrinã cõtulerat: nã ita ſe mirificũ do
ctrinę opibꝰ addixerat: vt in mẽſa quoq; cibũ caꝑe obliuiſceret̃: & ita do=
ctrinę cupiditate flagrabat: vt vbicũq; ſapientũ libros ſecũ haberẽt: ĩma=
turo funere parentis aĩm cõſternauit. Eoq; magis ꝙ vnicus raptꝰ ẽ filius
qđ durũ ꝗdẽ ſed tolerabile. Ille eñ ꝗ dederat de tenebris ad lucẽ ſubſtulit:
vbi vitę ſpatiũ breuis ęterna mẽoria cõpẽſabit. Quid fles: ꝗd optas igit̃?
Eo iuit quo oĩa eũt: nihil ei noui ẽ: Ad hãc legẽ natus erat: Id maioribꝰ ſu
is id oĩbꝰ añ ipm euenit: oĩbuſq; futuris euẽiet: Mors eñ ꝑ oĩa it: Et ꝗ oc=
cidit cõſequit̃ occiſũ. Reſurgere tñ credimꝰ nos & plãgimꝰ: ꝗd ageremus ſi Mors
mori tñmõ ꝓciperet deus? Qđ dederat abſtulit: ꝗ creauerat. nihil ergo ab
ſtulit tuum: qui dignatus eſt recipere proprium. Deteſtandæ iccirco iam
lachrymę: quæ modo carent. ꝙ mundus iſte ꝓmittit vitã & gaudiũ: quie= Mũdi mala
tẽ: honorẽ: ſed donat mortẽ: męrorẽ: turbationẽ: diſcordiã: metũ: ĩfirmita
tẽ: riſũ cũ fletu: durũ laborẽ incertã lætitiã: nõ eſt itaq; mũdꝰ iſte diligẽdꝰ.
In quo Adã ꝑ gulã: Loth ꝑ ebrietatẽ: Salomon ꝑ luxuriã corruit. Nec tñ ꝓ
hibeo lachrymas naturales: q̃s natural̃ nẽceſſitas exprimit: ſed aĩus ſapiẽ
tis & nobilis ſtudet: vt luctus vicat̃ ab aĩo Itaq; nõ affligit̃ ſapiẽs liberoꝝ
amiſſiõe: nõ aĩcorũ: eodẽ eñ pectore fert illorũ mortẽ: quo ſuã expectat.

Mortuus ē iuuenis & robust⁹: oīq₃ laude dignissim⁹. Qui ergo se stare putat: vigilet: attendat: videatq₃ ne cadat. Dixi.

¶ In Funere Clarissimi medici: vbi aliqua de morborum causis. De regno cęlesti. De ieiunio. De tolerantia. De sapiētia. De supbia. De lugendo mortuo. Titulo decimo quinto.

ETsi defuncti amici desiderio ciues amplissimi ita premor: vt aliorum consolatiōe magis videar indigere: q̄ meā alicui posse pręstare: Tn̄ pro viribus enitar: In eius laudem aliqua e multis afferre. Mira enim in Celio prudentia: ardēs ingeniū: culta facundia/liberalium artium ferme omnium caterua/salutaris medicinæ peritia inerat: Siquidem senescebat q̄tidie aliquid ediscens: itaq₃ disputabat subtiliter/grauiter/ornate/freqnter. Ingenijq₃ magnitudie multarūq₃ rerum cognitione morborum causas deprehendebat. An. s. fatigatio morbum/an sitis/an frigus/an calor/an vigilia/an fames fecerit: An cibi viniq₃ abundantia: an intēperantia libidinis. Quid secundā: quid aduersā₃ valitudine₃ faceret optime callebat. Neq₃ em̄ quis scire potest/quo mō morbos curare ꝯuenit: qui vnde ij sint ignoret. Ille igitur recte curauerit. que₃ prima origo causæ non fefellerit: & cui notum fuerit: Quid morbum faciat: quid tollat: Ideoq₃ diuinitate quadam ingenij/& solerti medendi peritia alter Hippocrates sęculi sui est habitus. Verum libentissime & dicebat & audiebat: Admonensq₃ secrete amicos/palam probabat: Amabatur inde a cunctis plurimum. Nec vulgi tantum fauorem/verum etiam principum familiaritates amplexus est: q₃ nulla pusilla domus/q̄ mltos recipit amicos. Eius in manibus sępe diuina lectio: crebręq₃ oratiōes: ad oblectamentū em̄ & animę institutionē statutis horis sacram scripturam legebat. Hic ei ꝓpriū sp̄ fuit illd̄ nihil cupe: nihil amare: nihil deniq₃ speciosū₃ habere q̄ Innocentiā/q̄ pietatē/q̄ cęlestiū ardorē. Iccirco esurientib⁹ cibum: sitientibus potum/nudis vestem contribuit. Nam beatus qui intelligit sup egenū & paupere₃/vt Psalmus cantat. Ardentissimo idem studio ægrotos corpore & mente curabat/singulis illa dicens/Sanus es? Gratias age creatori: langues? & in hoc lauda domini voluntatem: Nā virt⁹ in infirmitate pficitur: Homoq₃ aduersis examinatur: Eiusdē rerū doctrina varia/medendiq₃ peritia exptissima (nā primus erat inter primos) ducti clarissimi ciues & alienaꝶ vrbiū Proceres: vt ęgroti corporis & animi salutē recuperarent cōfestim ad ipsius opem cōfugiebant. Ipse vero promptissimus vnūquenq₃ adibat: Nā qui succurrere perituro pōt/quū nō succurrit occidit. Adeoq₃ diligens erat: vt priusq̄ conaretur ægro adhibere medicinā/non solum morbum eius: cui mederi vellet. Sed etiam consuetudinem valentis & naturā corpis cognoscebat. Caducos honores & mūdi gloriam spernens: vigilijs: ieiunijs: Orationibus vacabat: q₃ ad regna cęlorum non ducit nos mundi gloria: non diuitiarum multitudo: non generis nobilitas/non scientia/non sapientia/non verborum facundia/sed sola gratia Christi/& virtus & opera. Vxore vino & carne ieiunij tempore semper abstinuit: Castitas enim truncat libidinem: Quæ in Medico potissima virtus. Ieiuniumq₃ est res sancta/opus cęleste: ianua regni futuris

Morboꝶ cā

Medicus optimus.

Amici.

Pius

Aeger.

Succurrens

Regna cęlo.

Ieiunium.

quod bene custodiens/deo coniungitur quia spiritalis efficitur: Per ieiunium nanq; vitia prosternuntur: virtutes augentur: Humiliatur caro: dæmonum virtus superatur. Familiarium rerum iactura: quam sæpe fecit: q fortuna obesse nulli contenta est semel: ferme nihil dolebat. Rectus enim atq; integer animus corrigit praua fortunæ: Et dura atq; aspera: ferendi scientia mollit: Solatium nanq; est: æquo animo perdere: quod periturum est: Superuacuum vero dolere: si nihil dolendo proficias. Dicebatq; nihil proprium esse: quod mutari possit: & auarum damno potius dolere q sapientem: q sapientia diuinarum humanarumq; rerum institutio est. Ita q; procul ab eo fuit auaritia quælibet & superbia virtutum nouerca: vitiorum mater: errorum magistra. Obijt tandem vir & arte & facundia insignis; ægrotantium salus: periclitantium portus & aura: Famę pręconia maximamq; authoritatem naturę benignitate: incredibili studio: summa q; vigilantia adeptus. Heu nos infœlices: qui tanto prędisio priuati sumus: Sed cur dolemus mortuum quenq: cum ad hoc nati sumus: vt morte media maneamus æterni? Moses: Petrus: Ioannes: Paulus electionis vas: & super omnia filius dei moritur: Et nos indignamur aliquem exire de corpore qui propterea forsitan de media iniquitate raptus est: ne malitia eius intellectum mutaret. Lugeatur mortuus: sed ille quem tartarus deuorat in cuius pœnam æternus ignis æstuat. Nos vero quorum exitum angelorum turba comitatur: quibus obuiam Christus occurrit: grauemur magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. quia q diu hic moramur: peregrinamur a domino. Non mœreamus igitur: qui talem amisimus: verum gratias Deo agamus: quia habuimus: immo habemus. Deo enim viuunt omnia: apud quem pro caducis & breuibus ęterna succedunt Ex hac turba & colluuione: (quid enim habet vita commodi: quid non potius laboris?) Migrauit Celsus: vt in illud diuinum animorum concilium septumq; proficisceretur. Vbi non est peccatum: non seditio: non bella: sed virtus: pax: quies: tranquillitas sempiterna. Dixi. Reliquum est &c.

Fortuna. Tolerantia Dolere. Sapientia. Superbia Mortuum nō dolendū Lugendus. Vita.

¶ In Funere Strenui militis: vbi aliqua de militię laudibus. De virtute militis. De humilitate. De lingua dolosa. De labore. De mundo. Titulo decimosexto.



Oleo eq dem meo: doleo et publico dāno viri sapientissimi: Obuersatur enim oculis strenuissimus Hector: armorum exercitio: castrorum disciplina: vsu militię clarus: virtute corporis: animorum honestate pręcipuus: quem nemo prouocare: nemo audebat offendere. Nā solis & imbris patiēs strenuus bellator euaserat: Constantiaq; & pugnādi fiducia in eo erat: q scientia rei bellicę dimicandi nutrit audaciā: quā ipse a pueris didicit. Ideoq; missilia destinato ictu & magnis viribus iaciebat: Tractare scutum: & obliquis ictibus venientia tela deflectere: plagam prudenter vitare: audacter inferre callebat: Nec tantum corpore: sed animo præstantissimus: q velox & robustus: Quia de re cum alacribus saltu: cum velocibus: cursu cum validis veste certabat. Nec solū a dextris: sed a sinistris etiam Equorum partibus: & insilire: & desilire

Militi necessaria.

idē solebat. Doleo inq̄ viri sapientissimi Hectoris fortissimi obitu: ꝙ omnia quæ sunt in imperio & statu ciuitatis: ab his defendi & firmari putātur. qui militari laude antecellunt. Hac re fortitudinē maxime honore ꝓsequuntur respub. quia semper vel ipse bellum alijs inferunt vel ab alijs sibi illatum patiuntur. Hæc autem militaris disciplinę virtus pręcipuum olim decus & stabilimentum Romani imperij: in cuius sinu ac tutela serenus tranquillusq; beatę pacis status acquiescit: Hæc virtus perutilis est

Arma Militia. in vtranq; partem. Quid ergo tam necessarium q̄ tenere semper arma: q; bus vel tectus ipse esse possis vel prouocare improbos: vel te vlcissi lacessitus? Recte igitur rei militaris ꝟtus præstat cęteris omnibus: Hæc enim nomen populi Romani. Hæc vrbi æternam gloriam peperit. Hæc orbem terrarum parere ro. imperio coegit. Omnes vrbane res. omnia præclara studia in tutela ac præsidio bellicæ virtutis latent. Itaq; nihil est neq; firmius: neq; fœlicius, neq; laudabilius reip. q̄ in ea abundare milites

Miles. eruditos. Non enim vestium nitor, vel argenti, vel auri, gemmarum ve copia: hostes aut ad reuerentiam nostram, aut ad gratiam inclinant: sed solo terrore subiguntur armorum. Constat autem vtilius erudire armis suos: q̄ alienos mercede conducere. Nam plurimum fide in patriam, plurimum charitate præstant. Qualis semper strenuissimus Hector extitit qui pro implicanda & tuenda patria plurimum laboris ac periculi susti-

Militꝫ virt⁹ nebat: deforme sibi existimans: quos dignitate præstaret: ab ijs virtute superari. Idem primus in hostes impetum faciebat: vel solus pręcurrere paratus. Alacri animo suos ad prælium cohortabatur. Excellenti virtute hostium audacissimum quęq;, districto gladio modo Vmbonis impulsu:. modo Mucrōis ictu depellebat. Eoq; robore animi atq; corporis vtebatur: vt maiorem victorię partem trahere videtur. Et sæpe vndiq; hostili pedite circundatus: constanti animo: acerrime pugnās euasit. Multisq; hostium interemptis, multis ciuium seruatis, īfatigabili pugna hostem substinens: eius beneficio sæpe effectum est: vt hostes fugarent. Vn⁹ itaq; tot ciuiū: tot hostium: in se oculos conuertebat. In quo tātus animi vigor fuit: Vt cum paucis equitibus hostes sæpe inuaderet: Armisq; exueret: Primusq; hominum castra inuaderet: crebras victorias consequens: ꝙ acer consilio, manu, strenuus: charus principibus, vulgo militūꝫ acceptior. Sed mundi militiæ astrictus, vt fortiter: sic id munus innoxiæ tractabat: Præcauens maxime quod ipse non peccabat: Ne suorum q̄sq̄ pec-

Lucrum caret: Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur: & animæ suæ damnum pariat. Erat igitur ei summa ab iniurijs hominum conti-

Parcenduꝫ nentia: ꝙ nulli magis parcendum q̄ homini: Summa in deum pietas at-

Vita futura. q; religio præfulgebat. Strenuus erat in militia: Strenuissimus in ope domini: Fortius deo militans. Futuræ enim vitę gloria: pręsentis vitę incō-

Sudor modis comparatur. Et nemo Athleta sine sudoribus coronabitur. Cast⁹

Humilitas erat: benignus: modestus: misericors: humilis: Nam Christus ait: Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. Et vt solis iubar stellarum paruos igniculos obruit & obscurat: ita cunctorum virtutes & potentias humilitas superat. Hinc patiendo iniurias furoreꝫ rabidi pectoris dei amo

re mitigabat. Idem paruo contentus paruo victu vtebatur: & rustico: occurrebatq; amicorum paupertati pro facultate. Dominicis diebus orationi vacabat & lectioni. Diuinas scripturas sæpe legẽs. Quotquot diebus sacras Aedes petebat: vbi fletibus peccatorum sordes lauabat: quo pristinum innocentię gradum reciperet. Seditionũ motus cõpescens dolosam linguam acriter arguebat: Illa enim seminat inter fratres discordias. Lites suscitat: furores incitat: conuentus turbat. Idem vt semper eum auersarius inueniret occupatum: aliquid opis faciebat: sarriebat humũ: Areolas seminibus. Holerum æquas limite diuidebat. Inserebat steriles arbores: vel gemmis vel surculis: vt paruo post tẽpore dulcia poma decerperet. Idq; non tam propter victum: q̃ propter animæ salutem: & corporis sanitatem. Ignauia enim corpus hebetat: labor honestus cõfirmat. Et ne vagaretur perniciosis cogitationibus: sed vt nihil aliud cogitaret: nisi quod ad dei seruitutem pertineret. Sudore enim & labore nimio ad ubertatem fructuum peruenimus. Solaq; apud deum libertas est: non seruire peccatis: Summa apud deum est nobilitas: clarum esse virtutibus. Itaq; Militię suæ finis erit regnũ nõ terrę & temporis: sed ęternitatis & cęli. Cur enim rectius nostram vitam impendimus: q̃ illi a quo eam accepimus? & cui eam vsq; ad finem debemus? qui ipsius beneficio minim⁹? Igit̃ nec affectum: nec patriam nec honores: nec diuitias deo p̃ferre debemus: quia scriptum est. Pręterit huius mundi figura: & qui hunc mundum dilexerunt: cum mundo peribunt. Illi ergo militemus: qui militãtibus sibi gloriam vitę ęternę: honorem regni cęlestis/diuitias hęreditatis suę: & diuinę cognitionis consortium perenne largitur: Nam nemo totius terrę dominus: Christus autem totius mundi rex est: Hectoris ergo anima illi viuet. Ego vero fleo: quod accidit: sed quia sic domino placuit: ęquo animo tolerandum: Cum etiam ipse hector illa dicere possit: Pręsentis vitę labores euasi: tu lachrymas fundis: quia nescias quid in te ipso quotidie patieris: Si me diligeres: gauderes vtiq; quoniam apud deum requies mea. Dixi Reliquum est &c.

Lingua dolosa

Exercitium.

Ignauia

Labor.

Nobilitas.

Mundus

¶ In Funere Causidici: Vbi aliqua de simplicitate. De mansuetudine. de diuitijs. De oratione. De confessione. De iustitia. Tit. xvij.



Ngenti mœrore afficior optimi patres: Catonis iniquo funere: Quid enim aut illo fœlicius amico: aut sodale iucundius? Cui mira in sermone/mira etiam in ore ip̃o: vultuq; suauitas. Cui etiam ingenium dulce: facile: eruditum in causis agendis Agebat siq̃dẽ causas acriter & ardẽter: nec minus polite & ornate: siue meditata siue subita p̃ferret. Proxios tanq̃ se diligebat: Alienos & ĩimicos nullo prosequebatur odio: sed amore. Si enim odio atq; inuidia possidemur: si cupiditati & auaritię credimus: si p̃ntia cõmoda futuris p̃ferim⁹ si iracundiam libidineq; implere volumus: si iniuriam vindicare: si maledicenti maledicimus: & aduersum inimicũ inimico animo sumus: beatorũ sedẽ nullo pacto adibimus: sed mẽrentiũ & afflictorum. Defendebat igitur honorabatq; pupillos & viduas: quę vere sunt viduę. Hoc est quæ omni suorum auxilio sunt destitutę: quę manibus suis laborare non pos-

Quę fugienda

Misericordia. sunt: quas paupertas debilitat: ætasq; cõficit: quibus deus spes est: & omne opus ratio. Nam bona comparat præsidia misericordia: habetq; in aduersis auxilia: quę commodat in secundis. Erat idem non studiorum tñ verum etiam studiosorum amãtissimus. Simplex et humilis. Nihil enĩ sic deo placet: vti simplicitas & innocentia. Vnde sanctusspiritus in volatilibus non apparuit nisi in columba propter simplicitatẽ: Et quadrupedibus in oue: ꝑpter mansuetudinem. Mansuetudo nãq; nulla passiõe turbatur: ira & furore non rumpitur: quam qui habuerit: beatitudinem consequetur. Superbis autem resistit deus: Humilibus vero dat gratiaȝ. Auaritiæ malum omnino vitabat: non quo aliena nõ appeteret: hoc enĩ & publicę leges puniunt: sed quo sua: quę sibi erant aliena: non seruaret. Temporalibus enim æterna sunt pręponenda: Caducis stabilia: sollicitis securiora: periculosis libera. Qui autem volunt diuites fieri in laqueũ Satanis & desideria multa incidunt. Vnde diuitem purpuratum tartari flãma suscepit. Laȝarus pauper & plenus hulceribus: cuiꝰ carnes putridas lambebant canes: in beatorum sede recipitur. Et difficile: immo impossibile est/ vt pñtibus quis/ & futuris fruatur bonis: vt & hic ventrem/ & ibi mentem impleat. Vt de delitijs transeat ad delitias: Vt in vtroq; sæculo primus sit: Vt in cęlo & in terra appareat gloriosus. Vanæ glorię idem ardore nullo capiebatur: quoniam spiritale gaudium non comparat diuitiarum copia: Non fallax mundi gloria/ non prolis fœcunditas: non corporis sanitas sed tantum conscientię puritas: Orabat assiduę lachrymas fundens: Nam lugentes in hac vita/ gaudebunt in æterna: Et dei seruis maxime necessaria est oratio: per quam deus placatur: per quam deus ad nos inclinatur: per quam dei ira: & furor quiescit. per orationẽ saluus effectus est Paulus: & doctor gentiũ/ & ꝓditator orbis terræ/. per lachrymas enim & orationes æterna merces acquiritur: & bonorum oratio locutio est ad deum. Nec in oratione tantum locus requiritur/ q̃tũ sensus: In omni igitur loco orari potest & debet: quia deus vbiq; est: vbiq; nos exaudire dignatur: Oratio enim columna est sanctarum virtutuȝ: viduarũ maritus: angelorum cognata: fidei fundamentum: beatus qui eam diligit: beatior qui frequentat: Nam sic dignus efficitur dei gratia. Sed quia cuȝ peccato nascimur: omnes in peccatis demergimur: ideo opus est: deo scelera cuncta confiteri: non q; ignoret peccata nostra: sed vt dęmon audiat: quoniam confitemur: & pœnitet nos peccasse/ quibus confessis cum dolore & lachrymis: non habet amplius vnde nos incuset. Vult ergo dęmõ vt taceamus. Deus vero vt confiteamur. Hinc ait: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio/ fletu/ & plantu. In corde enim est fons pœnitentiæ: fletus ad oculos: plantus ad os: Ieiunium ad totum corpus refertur. Discutienda igitur mens: ꝓspicienda singula: cordis secreta consideranda: anteq̃ ad confessionem eatur. Cor nãq; peccauit mala appetendo: Oculus vanitatem videndo: Os falsitatem dicendo: Auris mẽdacia audiendo: Manus verbera & homicidia perpetrando: & si non opere saltem voluntate: Pedes etiam veloces ad malum. Primo igitur cor: Quod

[Margin notes: Misericordia. — Simplicitas. — Mãsuetudo — Diues. Laȝarus. — Spiritale gaudium. — Orõis bõa — Oratio. Confessio necessaria. — Confessio ad deum — Confessio qualis — Membra peccantia]

mala cogitauit & concupiuit: pœniteat & doleat. Oculus fleat. Os sine intermissione oret. Aures audiant verbum dei. Cęlestiūq; pcones dei. Manus elemosynam porrigant. Peregrinos suscipiāt: Infirmos foueāt: Nudos induant. Pedes martyrū templa adeant. Genua flectant: & laboret: Sed quid ego hęc doctissimis? Vir autem industri⁹ atq; disertus Cato noster ea omnia christi amore exequebatur: quoniam vere sciebat se dei gratia natum. Qui nos ideo generauit: vt ei seruiamus. Seruire autem deo: nihil est aliud/ q̄ bonis operibus tueri & conseruare iustitiam. Cuius qdē primum officium est: coniungi cum deo: Secundum cum homine: quia homo dei simulachrum est. Sed illud primum religio dicitur: hoc secundum misericordia vel humanitas nominatur. Quæ virtus proprie est iustorum & cultorum dei: ꝙ ea sola vitę communis continet rationem. Itaq; mortuus est honeste: prudenter fortiter: vt Xp̄i gratiam assequeretur: In quo salus/ vita & resurrectio nostra consistit. Qui quotidie morimur quotidie commutamur: & tamen æternos esse nos credimus: Sed quis ē: vt ille inquit: tam stultus: q̄uis scit adolescens: cui sit exploratū: se advesperum esse victurum? Dixi. Reliquum est &c.

Cur nati
Seruire deo
Iustitia
Mia.

¶ In Funere Gellij Publici magistrat⁹. Vbi aliqua de magistratu. De beneficio. De dignitate. De pace. De ieiunio. De Misericordia. De Pœnitentia. De Fide/ Spe/ Charitate. Titulo octauo.

NOn possum verbis exprimere: quantū animo vulnus acceperim ciues inclyti: quum audiui Gellium eruditum & sapientem obijsse. Qui valde idoneus reip. nostrę: Omnibus per omnia placebat. Qui non quęrens quod sibi sed quod multis vtile esset: priuatas facultates neglexit publicas q̄ amplissimas esse cupiens: quia locupletem illum faciebat: non multa possidere: sed modica desiderare. Et de publico ministerio nihil cuiq̄ pter laudem bene administrati officij accedere debet. Bene faciebat omnibus: ꝙ dare beneficiū est imitari deum. deus enim semper largitur: semperq; daturus est. Diu deliberabat quicquid pro rep. statuendū semel erat: Nil audiebat: quod audiuisse: nihil dicebat: quod dixisse pœniterent. Turpi enim verbo libidinosus animus ostenditur: & per exteriorem hominem: interioris hominis vita demonstratur. Nec tantum linguam a turpi verbo: manus a lucro: sꝫ etiā oculos a libidinoso aspectu continebat. quoniā ea domus: ea ciuitas: id regnum æterno in gradu facile steterit: vbi minimum virium veneris pecunięq; cupido sibi vendicauerit. habebat ergo tam auersum animū ab omni venere q̄ a lucro. Vnde & vsum veneris intra coniugis charitatem clausū tenuit. Erat igitur in eo castitas: iustitia: grauitas: pudicitia. Erat suauis & mitis in charitate perfecta: quo se ipsum bonorum operum cæteris præberet exemplum. Accedebatq; magistratui maximo ornamento: Quoniam clarus honor vilescit in turba: Et apud viros bonos indignior sit ipsa dignitas: quam multi indigni possident. Virtutum

Magistratus.
Beneficiū.
Sermo turpis.
Venus.
Auaritia.
Dignitas.

deniq; operatione clarus: seditiones: rixas: & scandala mitigabat: Vt pa=
Pax. cem cũ oĩb⁹ ĩ vrbe seruaret. Nã pax est maloꝝ p̃sidium. Pax inopẽ diuitẽ
facit: Pax ditior vniuersis: Pax hoĩes dei filios efficit. Sine pace reges non
regunt. Sne pace regna nõ valent. Sine pace Ieiunia: orationes: elemosynę
cęteraq; bona: nobis prodesse nõ p̃nt. Oẽs ergo ĩ mãsuetudine & charitate
spũs amplectebaẽ. Et ꝙ alieni abstĩnẽtissim⁹ erat: Ita viuebat: vt sua tm̃
possessione ꝯtẽtus: res nõ ĩuideret alienas: Nõ agrũ pauperi: nõ vineam
tolleret. Nec tolli ꝑmitteret: q̃a nõ solũ q faciũt indecẽtia: sȝ & q faciẽtib⁹
Peccato cõ= cõsentiunt: digni sunt morte. Cũq; plurimũ sciret Die quoq; tñ aliq̃d edi=
sentiens. scebat: Ita em̃ senescere oportet virũ: q totũ se reip. obtulit: Vñ scriptũ est
illud: Melior est puer paup̱ & sapiẽs: q̃ rex stult⁹ & senex. Itaq; nec laude sur
gebat: nec vitup̱atione frãgebaẽ. Nõ diuitijs tumebat: nõ ꝯtrahebaẽ pau
pertate. Lęta ꝯtẽnens & tristia: Nã iusti & fortis viri est: nec ĩ aduersis frã=
gi: nec prosperis tolli: sed ĩ vtroq; esse moderatũ. Quottidie reminiscẽs se
eẽ morituꝝ: p̃ntia cõtẽnebat: ad futura festinãs: Deq; his tm̃ ei sollicitu=
do inerat: q̃ secũ trãsferre deberet. Qui aũt se sp̱ victuros putãt pessime qui
Cibus. dẽ viuunt: p̃ntia solum ĩspiciẽtes. Tm̃ vero cibi & potionis sumebat: quo
reficerenẽ vires: nõ aũt quo corp⁹: aut animi libertas p̃grauareẽ: Romuli
memor: q ad cœnã vocatus: ibi nõ multũ bibit: quia postridie negocium
Ieiunium. haberet. Ieiunabat sępissime: ꝙ ieiunio passiões corpis Orõne pestes sanã
Oratio. dę sunt mẽtis. Ideoq; p̱ ieiuniũ nobis oñdiẽ redire posse in p̱adisi delitias:
Vñ p̱ gulã eiecti fuim⁹: Nã ieiuniũ curat vulnera delĩq̃ntis: curataq; san
ctificat. Et quia nõ legis auditores veꝝ executores iusti sunt apđ deũ: Iccir
co statuta & leges seruabat oĩb⁹: nulli parcẽs: licet æquitate potius q̃ iusti=
Pastor tia vtereẽ. Nã in pastore mĩa simul & iustitia esse dñt. Grandis vero ĩ suos
Mĩa. pietas: impietas in deũ est. Quẽ cupiẽs: vt sui misereret: ipse ꝓximo mi=
serebatur. Est em̃ mĩa salutis p̃sidiũ: fidei ornamentũ: pc̃tõrũ propitiatio
malos ad bonũ p̱ducẽs. Dabat itaq; elemosynas: iuste: sãcte: & pie viuẽs:
Hoĩs vita ꝙ dominus mutata hominis vita: mutat sententiam: bñ operantib⁹ glo
mutata. riam: male vero æterna supplicia ꝓmittens. Ideoq; sceleꝝ pœnitebat assi
Pœnitẽtia. due: ꝙ pœnitentia medicamẽtum est vulneris: spes salutis: per quam pec
catores saluantur: per quam deus ad misericordiam inclinatur. Quem q̃
dem coli & diligi toto pectore decet: Ad quod agendum opus est fide: spe:
Fides. charitate: Nam fides est (vt Apostol⁹ inquit) substantia sperandarũ rerũ:
Spes. q̃s non videm⁹: quare credere & sperare necesse est: quæ deus iussit: Fidem
Charitas. Spes sequitur: quæ expectatio est rerũ omniũ futurarum: qua certe salua
mur. Paulo scribente: Spe em̃ saluati sumus. Charitas autem dilectio est
Deus. & amor in deum: per se & in proximum dei gratia. Charitate ergo Deus
super omnia toto corde amari debet: vt cogitatio omnis & vita nostra in
deum ipsum dirigantur: a quo vti a fronte huberrimo bona cuncta ema
nant. Quæ quidem omnia vti clarissimus Gellius & nos seruare debem⁹
quoniam ait dominus: Omĩs qui credit in me: licet moriatur: viuit: Est
enim prǫter hanc vitam: vita alia beatorum: Vt præter hãc mortẽ mors
alia impiorum. Dixi. Reliquum est &c.

¶In Funere eximij Iurisconsulti: Vbi aliqua de virtute Iureconsulto necessaria. De patientia sapientis. De iustitia & ęquitate. De impietate quorundam. De diuitiarum malo. De paupertatis & misericordiæ bono. De prauis cogitationibus. De libidine insatiabili. De obtrectationibus non audiendis. De malorum tolerantia. De recto vitæ itinere. De pœnitētia quid sit. De mortuo non flendo. de morte quid sit. de vere viuis. i. de mortuis lugendis. Titulo. xix.

Titius patrię ornamentum: seu dignitate seu moribus cēseretur Natus splendide. & opulentus: rectissimus iudex: fortissimus aduocatus: fidelissimus amicus viri ægregij: Crudeli & dura morte (nam & fratres/ & charissima inter se nomīa diuidit) hominem exuit: Cuius sane doctrinam & Italia/ & cæterę gentes mirabanť: Tantum in illo industriæ: tm̄ probitatis/ ingenij: studij: memorię eruditionis Pōtificij Ciuilisq; Iuris erat. Qui iustitię cultor: rei publicę amator: non odio: non amore nō p̄tio: nec precibus: non timore corrumpi poterat. ꝙ plus deum q̄ homines: plus dei honorem q̄ loculos pecūia graues diligebat. Itaq; auaritiam fugiens: summam iustitiæ inimicam: largitatem etiaȝ vltra modū sectabatur. Clæmentięq; studiosus/ sæuitię detestator/ benignus omnibus: in ꝓspis humilis & cautus: in aduersis constans atq; magnanimus erat. In quo enim sapiens ac bonus vir a malis & insipientibus differt: nisi ꝙ habet inuictam patientiam. Qua stulti carēt: nisi ꝙ tegere se: ac mitigare irā suam nouit: quam illi (quia virtute indigēt) fręnare non possunt. Summa igitur virtus habenda patientia est: q̄ vna omnibus est opposita vitijs & affectibus: vna perturbatum animum ac fluctuantem ad tranquillitatem suam reuocat: vna mitigat: vna hominem sibi reddit. Et quia bonis nocet: qui parcit malis: Et iudex ipse damnatur: quum reus absoluitur: Nunq̄ acceptis muneribus (vt multi solēt) damnabat insontem: reum liberans. quem punire non est crudelitas: sed iustitia. quæ sancta & laudabilis est: per eam siquidem Prudentia regnat: securitas & dignitas florent. Verum quandoq; laxanda est: propter multorum scandala: quandoq; exagitanda: vt sit reliquorum cautio. ꝙ mundus iste plenus est confusione erroribus/ iiquitatibus/ & veneno malitię. Præstabat autem amicis fidem: omnibus æquitatem. ꝙ summa iustitia summum patibulum. Et nihil erat animo eius clæmentius: Itaq; pro feris immanibus habebat illos: qui hominibus nocent: qui contra ius humanitatis & fas omne: spoliant/ cruciant: occidunt. Imitabaturq; saluatorem suum: : qui mitis & humilis pastor. agnus & aries appellať. Nec defuitvnq̄ ip̄i misericordia in egenos: libenter enim illis necessaria suggerebat: Ne diues in hoc sæculo mala plurima sibi acquireret: nam fluxu rerum/ & hubertate copiarum: animus soluitur: mentis vigor infringitur. corporis virtus eneruatur. Comes enim diuitiarum superbia & luxuria est. At in paupertate non lasciuia conuiuia: non turpes potationes/ omnia sobria: omnia rigida/ humilia omnia: Idem ad iram tardus: ad misericordiam pronus: priuati iuris & publici peritissimus/ multos aduocatione/ plures consilio adiuuabat. Non enim meremur in periculo libera

Sapiens. Patiens.

Iustitia.

Mundus.

Impij

Diuitiæ

Paupertas

Mia — ri/ſi non ſuccurrimus: Nec meremur auxilium: ſi negamus. ꝙ magna eſt
Miſericordiæ merces: cui Deus pollicetur peccata ſe omnia remiſſurum.
Nam ſi audieris inquit p̃ces ſupplicis tui/audiam & ego tuas. Si miſer=
tus laborantium fueris/& ego in tuo labore miſerebor. Si autẽ non reſpe=
xeris nec adiuueris. Et ego animũ tuum contra te geraꝫ: tuiſq; te legibus
Cogitationes. — iudicabo. Prauas cogitationes (eſt enim pœne ſupra humanam moduꝫ/
ne in cogitatione quidem non admittere/quod ſit vel facto maluꝫ: vel di
ctu improbum) creſcere non ſinebat: ꝙ ille laudatur/ille p̃dicatur beatus:
qui ſtatim quum cœperit cogitare: opprimit cogitatus: præſertim libidi
Libido — nis: quæ nunq̃ ſatiatur: & extincta reaccenditur: vſu creſcit: nec ratiõi pa=
ret: ꝙ impetu ducitur: inde viro luxurioſo verbum caſtitatis offenſio eſt.
Obtrectationes. — Obtrectatorum verbis temerario aſſenſu minime inhærebat: ꝙ nihil tã
inquietat animum: nihil eſt: ꝙ ita mobilem mẽtem ac leuam faciat: q̃ fa=
cile cuncta credere. Hinc enim crebrę Diſcordię: Hinc odia iniuſta naſcũ=
tur: Id eſt quod ſæpe de Amicis etiam Inimicos facit. At contra magna
quies animi: magnaq; eſt morum grauitas: non temere de quoq̃ ſiniſtri
Tolerantia — quid audire: Maiuſq; eſt linguam compeſcere: q̃ vrbem capere. ¶ Amara
& grauia cuncta patienter ferebat: ꝙ deus præmia pro laboribus æterna
conſtituit. Et ad bonum: quod ſummum & ſublime eſt: niſi cum ſumma
Iter rectum — difficultate & labore: non poteſt quis peruenire. ¶ Quiſquis ergo rectum
vitę iter tenere nititur. Non terram debet aſpicere: ſed cœlũ. Non his ter=
reſtribus ſimulachris: ſed deo ſeruire cœleſti. Non ad corpus referre om=
nia: ſed ad mentem: Non huic vitę dare operam: ſed æternę. Vt noſter Ti
tius: qui omnem rationem: & curam & laborem: & diligentiam adhibe=
bat: in ſeruandis magni dei præceptis: In ieiunijs: orationibus: elemoſy
niſq; agendis: In confeſſione & pœnitentia exequendis. Quæ quidem ẽ an
Pœnitentia — te acta deflere: & flenda iterum non committere. ¶ Sed q̃nam gratia dic
Non flẽdũ — quęſo mortuum defles: Num ꝙ malus fuerit? propter hoc igitur grãs te
deo agere oportet: ꝙ inhibitus ſit a malitia. Sed nunquid bonus erat &
manſuetus? Et in hoc quoq; gratia habẽda eſt: ꝙ raptus ſit e vita: priuſq̃
Mors quid — in malitiaꝫ ꝯteretur. Morſq; ipã eſt omniũ periculorũ euaſio: debita na=
Viui quinã — turæ ſolutio: reditus in patriam: & ingreſſus ad gloriam: Hi ergo viuũt:
Vitę mala. — qui corporum vinculis/tanq̃ e carcere euolauerunt: Noſtra vero quę dici
tur vita/mors eſt: Nam ex quo lapſus eſt Adam: non fuerũt niſi dies ma
li: Vnde puer a ploratu incipit: lachrimæ enim teſtes ſunt doloruꝫ/& mi
ſerię huius vitę/Dies autem mortis terminat hunc dolorem/dans ſuaui
tatem illis videlicet qui & perfecti & purgati hinc exeunt: cum deo enim
Quę fugienda — habitant. Qui ꝟo in pctĩs moriunt/ij deflendi/ij dolore & lachrymis ꝓ=
ſequendi ſunt/alij minime: quia angelis & martyribus ſanctiſq; omnibus
(vt iam Titio accidit) aſſociantur. Dixi. Reliquũ eſt &c.

¶ In Funere optimi p̃toris: vbi aliq̃ de ꝟtutibus p̃tori neceſſarijs. De iu=
ſtitię ꝯmodis. De his q vrbibus p̃eſſe dñt. De iudicãdi celeritate fugienda.
De vitãdis mũeribus. De ſupbię malo. hũilitatiſq; bono. De pace. De di=
uitũ ĩiquitate. De obediẽtię bono. De trib⁹ ꝟtutis gradib⁹. De mortis im
pietate. De aĩę ĩmortalitate. de morte cuinã bona ſit/vel mala. Titu.xx.


Rdua mihi dicendi prouincia data est inclyti ciues: ad honestā dum Marcelli prætoris optimi funus: Non enim tali facūdia sum vt grauissimi viri meritis ac officijs digna efferre possim: Et dolor intimus officiosissimi disertissimiq; prætoris obitu ꝑ cordia opprimit. Nam succurrit/quanta in eo prudentia: iustitia: temperantia: fortitudo/quibus nil preciosius: nil ornatius inueniri potest. Ideo ꝙ deerat ei stultitia: iniquitas: luxuria: formido: quę vitia quattuor illis virtutibus sunt contraria. ¶ Iustitiam vero diligebat: ꝙ illa est singularū rerum & personarum æquissima distributio: quam quis obtinens: & cui adhærens: vitam suam disposite & sine molestia degit. Custodit in omnibus æquitatem: scit quid deo debeat: quid sanctis & æqualibus reddat: qd sibi retineat: quid proximo competat: aut congruit. Hæc autem sine prudentia mors est: & bonorum persecutio: hęc sine misericordia gladius est in manu tyranni. Itaq; non puer/non demens vrbi pręesse debet: sed annosus/prudens/castus/sobrius: Quodquidem Romanum imperium facile indicat: nam pacifice tam diu perseuerauit: q̄ diu sapientibus regi permissum. At vbi iuuenes & ignaui prouincias adierunt: amissum est pœnitus Iuuenes ergo sine prudentia: duces vel ecclesiarum pastores minime constituendi sunt: ne et ipsi cum populo pereant. Tales enim si p̄sunt non solum præterita & futura non cogitant: sed etiam audire quod bonū sit dedignantur. ¶ Præterea ꝙ in iudicando criminosa est celeritas. Et ad pœnitendum properat: qui cito iudicat: priusq̄ audiret. Marcellus prętor neminem iudicabat: quia non statim/qui accusatur reus est: sed qui conuincitur criminosus. ¶ In peruersos iura iustitię exercebat audacter: quia malorum numerus super arenam maris multiplicatus est passi3. Timoremq; dei habens (nam initium sapientiæ timor domini) Diuitum Munera & Obsequa non quærebat: ꝙ munera ipsa: vt scriptum est: iudicis oculos occæcant. Vnde & lex quoq; illa accipi vetat. ¶ Nec pluris apud eum erat Matrona nobilis & diues: q̄ pauper & mendica: aut vidua omni auxilio destituta. Nullaq; tumidus superbia cæteros homines obducta frōte non contempsit: sed cunctis amabilis benignus & humilis erat: sciens vbi superbia fuerit/ibi discordiam & contumeliam dominari: Superbia ex angelis dæmones factos. Humilitate homines similes Angelis constitutos: Superbia angelicam gloriam cælis eiectam. Humilitate ad cælos humanam infirmitatem euectam. Superbia Adam e Paradiso pulsum: Humilitate in Paradisum Latronem ductum. ¶ Ab ira quoq; pœnitus abstinebat: ꝙ ira affectus haud potest consilij esse capax. ¶ Pacis tamen erat diligentissimus Cultor: Cuiusquidem tanta est virtus: vt in eius dignitate Apostolus omnis suas Epistolas scripserit. dicens: Pax vobis. Et gratia a domino deo nostro. Quam salutandi formam nobis Christus & prius tradidit: Pax vobis inquiens. Passim diuitem fieri aspernabatur: Oēs siq̄dē diuitię ex iniq̄tate descēdūt: & nisi alter perdiderit: alter īuenire non potest. Vnde & illa vulgata sententia mihi videtur esse verissima. Diues aut iniqu⁹: aut īiq̄ heres: Hic dn̄s discipl'is ait illa: Difficile diues ītrabit in regnu3 cęlorum: & rursum/facilius est Camelum per foramen acus

Prętoris virtutes
Iustitię commoda.
Vrbium ꝑfides.
Iuuenes.
Iudicare
Munera
Superbia
Humilitas
La
Pax.
Diuitiæ
Diues

transire: q̄ diuitem intrare in regna cęlorum. Nec impossibile: sed difficile dixit: Licet impossibilitatis exemplum posuerit: ꝙ nec diuiti obsunt opes/ si eis bene vtatur: vti Marcellus egit: qui illas pauperibus & egentibus impertiebat: Diuinis pręceptis obsequens ꝙ obedire oportet deo in
Obedientia omnibus: si saluari cupimus: Vnde per inobedientiam homo paradisuꝫ amisit: per inobedientiam Salomon amorē diuinum. Nec sine obediētia respublica stare: nec familia regi potest. Itaqꝫ diuinę scripturę incumbens ieiunio: oratione: vigilijs corpus suum conficiebat: virtute duce: quae est iram cohibere: cupiditatem compescere: libidineꝫ refrenare: Id est enim vi
Virtutis gradus. tium fugere: vt ille inquit. Cuius quidem virtutis primus est gradus malis operibus abstinere. Secundus etiam malis verbis: Tertius etiam cogitatione rerum malarum: Qui primum gradum ascendit: satis est iustus. qui secundum iam perfectæ virtutis: siquidem neqꝫ factis: neqꝫ sermone delinquat. Qui tertium is vere dei similitudinem assecutus videtur esse. Quos omnis gradus Marcellus prætor re vera (vt cunctis liquet) ascen=
Mors. dit. ¶ Sed quod homo natus erat: & motralis: & impia mors nulla prece nullo pretio flectitur: Quemlibet finito vitæ suæ cursu rapiens a nobis recessit: Nolimus tamen arbitrari eum nusq̄: aut nulluꝫ fore: vt Cyri verbis vtar: nec enim dum erat nobiscum animum eius videbamus: sꝫ
Animus. eum esse in corpore ex his rebus: quas gerebat quisqꝫ arbitrabatur: Eundē igitur esse creditote etiam si nullum videbitis. Nam mihi nunq̄ persua=
Mors quid. deri potuit: animos dum in corporibus essent mortalibus viuere: quum exissent ex iis emori. ¶ Siquis igitur nos roget: vtrum mors sit bonuꝫ an malum. Respondebimus qualitatem eius ex vitæ ratione pendere. Nam
Vita. Mors sicut vita ipsa bonum est si cum virtute viuatur: malum si cum scelere: & ita mors ex pręteritis vitę actibus ponderanda est: Ita fit/ vt si vita in dei religione transacta sit: mors malum non sit: quia translatio est ad immortalitatem. Si aliter: malum sit necesse est: quoniā ad ęterna supplicia transmittitur. Cauenda sunt ergo mala & turpia: & honesta sequenda: vigilandumqꝫ semper ꝙ mors inopina venit: nec fidendum iuuentę/ ꝙ mors pari conditione homines perimit. Qua de re mortuum aliquem flere superuacuum est & inutile: & ingratum. Nosqꝫ diutius viuendo pœnitenda incurrimus: Quisqꝫ enim toties moritur: quoties amittit suos. Erubesco iā apud doctissimos plura loqui: ne non tam cōsolari amicos videar: q̄ stulta iactantia docere perfectos. Dixi. Reliquum est &c̄.

¶ In Funere illustris dominę: vbi aliqua de humilitatis virtute. Ieiunium quid sit. De preceptorum obedientia. De cęlesti aula labore acquirēda. De scientia scripturarum. De Melaniæ sanctæ: & Iob patientia. De ea quid sit. De ministrorum honestate. De beneficijs conferendis. De lanificij opere. De ocio fugiendo. De vitæ fragilitate. De mortis bono. De doloris malo. De Mose moriente. Titulo vigesimo primo.


Nihil vnq̄ acerbius peruenit ad meas aures inclyti proceres/ q̄ illustris dominæ Marcellæ obitus: Cuius imago tanq̄ pręsentis occurrit oculis: ꝙ extictam viuere amor fingit: Anteqꝫ mei nomis obliuiscar: q̄ eius pietas meo pectore pelli valeat. Natura

ua Nupta pcingebatur: quod vir in lecto soluebat: factuꝫ ex lana ouis: vt sicut illa in domum sublata coniuncta īter se sit: sic vir suus secū cinctus vinctusq; esset: id Herculano nodo vinctum vir soluebat ominis gratia vt sic ipse felix esset in suscipiendis liberis vt fuerat Hercules: qui septuagīta liberos reliquit. Legimus etiam Cestum Veneris cingulum fuisse quo ad honestas nuptias vtebatur: & quo Venus Martem: & ab illa mutuata Iuno Iouem/sibi conciliabāt: a quo Incestum dicitur: Quod a sacrato illo Veneris Cingulo non fuerit vinctum. Erat autem balteus discolor: queꝫ Ven⁹ circa pectus gerebat: In quo quidem amores: In quo cupidines: In quo illecebrę: In quo blandę suadelę: In quo deniq; omnia amatoria lenocinia ac veneficia: q̄ q̄tun cunq; prudentis delinirent mentem/inerāt: vt Homerus scribit. ¶ Nuptarum quoq; mos erat/simul venerant ad mariti limen/Postes ante q̄ ingrederentur/laneis vittis ornarent: oleoq; perūgerent: Inde vxores quasi vnxores vt Seruio placet. Plynius vero sic: Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradit: ideo nouas nuptas illo perungere postes solitas: ne quid mali medicamenti inferretur. Ad q̄d etiam effugandum Ambrotani quoq; ramum/si puluino subijciatur valere aiunt: Nam eius herba efficacissima est contra omnia veneficia: quibus coitus inhibeatur. ¶ Solebant etiaꝫ veteri lege puellę asses tris ad maritum venientes afferre. Atq; vnum/quem in manu tenerent/tanq̄ emendi causa marito dare. Alterum quem in pede haberent: in foco larium familiarium ponere. Tertium quem in sacculo condidissent/compito vicinali solere resonare. Absolutis viri clarissimi quęcunq; de priscis nuptiaꝝ ritibus legeram: quoniam vestræ humanitates Tyberij nuptias officiosissime celebrarunt: Ouidij Poetę carmē Sponsi nomine referam.

Cest⁹ veneris | Incestum. | Balteus. | postes vncti | Lupi adeps | ambrotanū | Asses tres:

Hęc mihi semper erunt imis infixa medullis
Perpetuusq; animę debitor huius ero.
Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit: & in tepido deseret ossa rogo.
Quam subeant animo meritorum obliuia nostro:
Et longa pietas excidat ista die. Dixi.

¶ Matrimonium quando fuerit institutum: Et an id errore aliquo impediatur. Titulo octauo.

L. Crassus.



LVcius ille Crassus Orator dignissim⁹ insignisq; Philosoph⁹/consortes amicos alloquens apud Ciceroneꝫ/inquit: In vobis animaduertere soleo: & in meipso sepissime experior: vt exalbescam in principiis dicendi: & tota mente atq; omnibus artub⁹ cōtremiscam. Nil mirū ergo si eiusmodi pallor & tremor honorādi pr̄es & dn̄i me īuadēt: cū reꝝ doctrina cū eloq̄ntia desint: quales hodie necessarię v̄ras apud dignatiōes forēt: apud quas ego iussus dicere breuiter enarrabo: Q̄n matrimoniū fuerit institutū: Et an id errore aliquo īpediatur. Qua de re Intēdite obsecro. ¶ Matrimonij quidē institutionē deo inspirāte Adam significauit/atq; explicuit: quum dixit: vt Geneseos secundo habetur. Hoc nunc os ex ossibus meis: & caro de carne mea. Et paulo post: Quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem: & hęrebit vxori

Matrimōij institutio.

Matrimōij bona. — suę: & erunt duo in carne vna. Quibus sane verbis / tria matrimonij bo=na explicuit. Bonum videlicet inseparabilitatis: quum dicit: propter hoc relinquet homo patrē & matrē: id est cohabitationē patris & mr̄is. Et bo=num fidei: quum dicit: Et hærebit vxori suę: nō alienæ supple. Et bonum prolis: quum dicit: Et erunt duo in carne vna: supple vnius pueri procre

Errores. — andi. ¶ An autem error aliquis impediat matrimonium iamiam expe=diam. Nam alius est personę error: alius fortunę: Alius Conditionis: Ali us qualitatis: Exempli gratia: Mulier volens contrahere: errat circa per=sonam: cum qua contrahit: quando putat esse illum: qui non est. Vt si pu tat esse Antonium: & est Iulius. Errat circa eius fortunam: si putat esse di=uitem: & est pauper. Errat circa eius conditionem: si putat esse liberum: & seruus est. Errat circa eius qualitatem: si putat esse bonum: & est malus.

ꝑsonę error. — ¶ Primus error impedit matrimonium: quia impedit consensum ex par te errantis respectu personę cum qua contrahit: Quum enim Martha cō=trahit cū Iulio: nō putās illū esse Iuliū: sed Antoniū: nō ꝯsentit ī Iuliū: sed ī Antoniū: Quia sicut non possunt amari nisi cognita: sic nō potest esse cō sensus in personam incognitam. ¶ Error autem fortunę & qualitatis con

Fort. & qualit. error. — iugij consensum non excludit: Quia error ipse non est: nisi respectu eorū quę sunt accidentia matrimonio: Ideoq; error circa talia matrimoniū mi

Cōdi. error. — nime impedit. ¶ Conditionis error coniugalem consensum euacuat: So=lus ergo personæ: vel conditionis error matrimonium impedit. Hæc de Institutione & erroribus matrimonii dicenda hactenus occurrerunt: Re=liquum est: vt vos certiores faciam presens Tyberij matrimonium: viri quidem omni in re legitimum esse: Quapropter alter alterū diliget sicut seipsum: seruabuntq; etiam sibi vicissim fidem: sine qua nihil rectum ni=hil honestum esse potest. Cunq; vestrę humanitates ipsius Tyberij nupti as honestauerint eius nomine gratias ago omnib⁹: quales agi iure ac me rito debent: Ipse vero quotienscunq; referre poterit perlibenti animo refe=ret. Nunc agit & habet: dumq; viuet habebit sēper. Postremo sūmi & pi entissimi dei numē oro velit Tyberio ex hoc matrimonio filios concedere quot Masinissę regi olim concesserat: Legimus enim hunc ad centesimū peruenisse annum robore senectę admirabilem: reliquisseq; filios quattu=or & quinquaginta. Dixi.

¶ Matrimonium vnde dicitur: Volentibusq; illud cō=trahere confessionem imprimis adeundam. Titulo. ix.

Matrimonium celebrantes Sapientissimi viri: de eo aliquid in=telligere operępretium esse mihi videtur: Ideoq; sponsi precib⁹ non arrogantia non sponte motus: Cęteris huiusce sacramen=ti omissis: Duo tantum paucis absoluam: illa videlicet / Vnde matrimonium dicitur: volentibusq; illud ꝯtrahere confessionem in pri=mis adeūdam: Res quidem erit & auditu & scitu digna: itaq; animaduer

Matrimōium vñ dr̄. — tite patres optimi. ¶ Dicitur autem matrimonium quasi matris muni um id est officium: matris em̄ officium est suscipere filios: susceptos alere & nutrire. Vel quasi matrem muniens: quia per ipsū prole munitur. Vel

ſiquidem eã ſenẽ miſeris gen uit. Vnde exaudiebat ſupplicũ voces/quam
poterat opem ferens: cum regia res ſit lapſis ſuccurrere. Spoliati ea ſumꝰ:
quam claram generis amplitudo. auorumq; nomen & gloria/ & magnã
probitas atq; ingenium faciebant: iure igitur me miſerum ſenſus & conſi
lium reliquerunt: iure lachrymas illi fundo: iure verba mihi deſunt: ꝙ aſ
ſueta erat iuuandis ſupplicibꝰ: in quo numero & ego eram: Cuius gratia
voto meo defuit nunq̃. Iuſtiſſima mihi eſt lachrymarum cauſa: ꝙ doleo
fœminam maximam/omniq; muliebri ſexu venuſtate prẽſtantiorẽ ocu=
lis ciuitatis ereptã/neſcio an aliq̃d ſimile viſurꝰ: Quę ei illiꝰ caſtitas q̃ ſãcti
tas: quãta grauitas: quanta ꝯſtãtia? Cuiꝰ ardor in Chriſtũ/pallor ex Ieiu
nijs/elemoſynæ in pauperes/obſequiũ in dei ſeruos/in cunctis moderatꝰ
ſermo/veſtiũ & cordis humilitas: Quoniã Chriſtus ait: diſcite a me/quia **Humilis.**
mitis ſum & humilis corde. Perq; ſolã humilitatẽ omnia vicere valemꝰ:
ſine qua noſtra ieiunia nobis non ꝓderunt: Nã ſicut deprecantis humili
tas meretur pręmia: ita ſuperbia confidentis auxilio deſeritur. quem con= **Deus.**
tẽnere etiam in exiguo non leue eſt: quia culpa offenditur: Pęnitentia pla=
catur: Saccus autem & ieiunium arma ſunt pœnitentię: & auxilia pecca=
torum: itaq; pane & ſale & aqua frigida ſæpius veſcebatur: nihil in cibo/
nihil in potu voluptatibus tribuens. Eſt enim Ieiunium cunctorum mẽ
brorum ſatiſſactio: Membra nanq; ſatiſſacere debent: propter peccata/ q̃ **Ieiunium.**
commiſerunt: Vnde ſiquis in gula peccauerit: ſatiſſaciat ieiunando: ſicut
etiam de membris ſingulis eſt agendum. Sed tunc deo gratum ieiunium
reddimus: dum ab iniquitatibus & voluptatibus abſtinemus: vti & dia
Marcella ſemper abſtinuit. Cui ſane ieiunium pro ludo: Oratio pro deli=
tijs erat. Hinc quotidie flexis genibus/ne iuuentutis delicta ſuæ deus re=
miniſceret/orabat: Vtq; facilius præcepta ſeruaret: hoc eſt ab omni illici=
to/quo prohibita erat/recederet: & ad bonum omne: quod videbatur: prõ
pta accederet: Nam nihil honeſtius eſt huiuſmodi: q̃ creatori ſuo parere: **Pręceptis**
& dei ꝑcepta ſiq̃s nõ obſeruauerit: Hoſtis eſt animæ ſuę: eligebat ſibi opor **obedire.**
tunum: & a familię ſtrepitu remotum locum: in quẽ velut in portũ. qua=
ſi ex multa curarum tempeſtate ſe reciperet: Ibiq; diuinæ lectioni ſtudiuꝫ
impendebat: ibi orationibus vacabat: ibi meditabatur: qualem ſuis præ
bere ſe deberet. Ideoq; humilis erat animus ſuus ac mitis: & aduerſus ſo=
la vitia erectus: Quem nunq̃ aut ſuperbia extulit: aut auaritia ĩflexit: aut
ira pręcipitauit: Nam q̃q̃ iraſci hominis eſt: Chriſtiani tamen proprium
eſt finem iræ ponere: Humilitaſq; prima Chriſtianorum virtus habetur **Humilitas**
Quocirca vitę ſanctimonia & orationis freq̃ntia pręditа media nocte ſur
gebat: vt deo confiteretur ſuper iudicia iuſtitię ſuę: quia bonum eſt confi=
teri domino & pſallere nomini ſuo altiſſimo: Et nos oportet multis labo
ribꝰ adire cęleſte regnuꝫ: Trophęaq; vitę noſtrę non pompis: ſed miſerijs
referunt. Vnde quẽ diligit dñs corripit: flagellatq; omnem filiũ: quẽ reci= **Labores.**
pit: vt etiam in patientiſſimo illo apparuit: qui niſi certaſſet & viciſſet in
ꝑlio: nõ accepiſſet coronam iuſtitię. Aflictio itaq; in ſęculo noſtro materia **Afflictiones**
pręmiorum eſt: q̃m non digna ſatis eſſe valeant ad futuram gloriam tẽ=
poris huius tędia & miſerię. Omnia igitur amara & grauia patienter ſe

renda: eo quidem promptius: quo nobis imperator noster deus pręmia p laboribus ęterna constituit. Eiusquoq; diuitię erãt in lege dei meditari no Eruditio. ctu atq; interdiu. Quid enim eruditione melius: quid suauius disciplina Quę enim potest esse vita sine scientia scripturarum? Nec etiam quenq̃ o= Princeps. portet magis: vel meliora scire vel plura q̃ principem: cuius doctrina oĩ= bus prodesse valet subiectis. Itaq; & viro: & filijs absentibus ita ciuib⁹ cõ sulebat: in causis omnibus iustitiam mira cu3 lenitate & æquitate seruãs vt in omni philosopho mirum ne dum in fœmina esset. Inde etiam neq; vehementer in prosperis lętabatur: neq; nimium in aduersis dolebat. Vn de & mira patientia valitudine3 tolerabat: vt dolori resisteret: vt sitim dif melãia sctã. ferret: Sibimet dicens Respice melaniæ sanctæ tolerantiam: quę calẽte ad huc mariti corpusculo: Nec du3 humato: duos simul perdidit filios: & la chrymę gutta non fluente stetit immobilis: ad pedesq; aduoluta christi: Iob. quasi ipsum teneret arridens: Expeditius inquit tibi seruitura sum domi ne: quia tanto me onere liberasti: Respice item hominu3 patientissimũ il Patientia. lum: qui erectis in cælum oculis inter ruinam domus: pœnas hulceris: innumeras orbitates: ad extremum vxoris insidias: inuictam tenuit pa= tientiam Quę quidem est omnium iniuriarum & passionum tolerantia quam siquis intellexerit: & habuerit: vitæ incommoda ferre didicerit: so= rorem spem habens: patitur enim libenter: quia sperat: & sperando tole= rat: Impatienter autem fertur: quod non speratur: omni itaq; virtuti pa= tientia inre pręfertur. Vtq; etiam casto corpore Deo seruiret: & mũdo cor de placeret: Incõtinẽtiam non solum fugiebat: sed etiã vituperabat: Quis Tẽperantia q; enim temperans voluptates fugit: Quę impedimento prudentiæ sunt Temperantia autem est prudentiæ conseruatrix. Cumq; in omni gradu & sexu boni & mali reperiantur: Iccirco iuuenum fugiebat consortia: & co Minister. matulus comptus: atq; Lasciuus domus suæ tecta non vidit: Nam peri culose tibi ministrat: cuius vultum frequenter attẽdis: Et nitens cutis sor didum ostendit animum: Nec æthnæi ignes: nec vulcania tellus tan= tis ardoribus æstuant: vt iuueniles medullæ vino præsertim plenę & da= pibus: itaq; si loquendi cum viris incubuisset necessitas arbitros non de= Bñficium. uitabat: Peregrinantem & orphanum viduam & pauperẽ: vel pupillum vacuo gremio a se non dimittebat: Est eñ ipsius virtutis bñficia poti⁹ cõ ferre q̃ suscipere: & honesta potius agere: q̃ nõ agere turpia. Hinc etia3 pẽ= Ianificium. sa & lanificium ad lucernam vigilanter exercebat: Imitãs sane Augusti Iu liam ac neptes: Quas ita instituerat ille vt etiam lanificio assuefaceret: ve taretq; loqui: aut agere quicq̃ nisi palam. Et Brutus item ad bellum exi= turus Porciam vxorem interpellantem ad colum & telam remisit: Et ho merus Heroidibus quoq; id opificium tribuit: a Salomoneq; prius eius= modi Fœmina mire est laudata: Non ergo parum decorum est: etiam il= Ocia. lustriori loco natis lanificium exercere: Ne ocia ignauum corpus corrum pant velut aquis accidit: que vitium capiunt ni moueantur. Neq; bonus is est qui bonis actionibus non oblectatur. Cæterum ꝙ hominu3 vita te nui filo pendet: & valida subito casu ruunt. habetq; natura vt aliarum re Vita: rum: sic viuendi modum: ꝙ nihil est: quod non conficiat & consumat ve=

custas: pro nefas: Diæ Marcellæ anima matronalis vitæ specimen, & exemplum: relicto corpore Cum magna ciuium omnium beniuolentia fide pace atq; concordia migrauit ad superos: nam migratio est: quam dicimus mortem. Quam illa ceu postremum virtutis premium: & malorũ terminum contemplans: (viuimus enim vt nunq̃ amaro sensu caream⁹ immensa laborum serie) dicebat: mori sibi lucrum esse: q̃ mortem gaudia prosequuntur: Cupereq; dissolui: vt esset cum Christo. Quod optare semper possunt hi soli: quibus ante acta vita & conscientia recte factorum arridet. Nec vllo modo ad superum gloriam penetrabimus: aut immortalitatem assequemur vnq̃: nisi corruptibile hoc primum corruat: & mortale hoc induat incorruptionem. Excelsa ergo & insuperabili fortitudine & dolorem & mortem calcabat: q̃ dolor distrahit: atq; corrumpit naturam eius: qui habet ipsum. Nemoq; iustus esse potest: qui mortem: quiq; dolorem timuerit: Hinc moriens (vti & Moses) filijs inquit: Caput vestrũ non denuabitis: & vestimenta non scindetis: viuit enim quicunq; credit in Christum. Hec hactenus: vt sanctissime principis optima vita externis etiam nota foret: quæ quotidiano ieiunio celestem panem inuenit: Itaq; gaudio & veluti quodam tripudio omnium animus efferri debet: filiorũ potissimum: quo prudentes & discretissimos (Nam & ipsa optime instituerat eos vti Cornelia Gracchos suos) imprudẽs ego solari non ausim: doctorumq; notas sententias in medium ferre. Vnum tantum etiam atq; etiam opto: vt pudicæ puelle: optimiq; filij: ac tota domus felicissime longa vita fruantur: Diuinæ Marcellæ obitum æquo animo tolerantes. Dixi. Reliquum est &c.

Mors. Dolor. Moses.

¶ In Funere illustris & inclyti principis Nicolai Caietani: vbi aliqua de eius magnifica domo: atq; parentibus: De Fratribus Iacobo scilicet protonotario apostolico: & Guilhelmo iuuene strenuissimo. De commodis Sermonete ipsius regiæ. Titulo vicesimosecundo.

QVi forma præstantissimus: Eloquentiæ lepore summus: Armis & toga maximus: Cui soli hominum virtus omnis contigerat: Cui ingenium sapientia validum: In quo vno toti⁹ latij spes tota: & sal⁹ semper incubuit: Magnificus atq; illustris ille princeps Nicolaus Caietanus quo nihil elegantius: nihil humanius ob suauissimos eius mores: singularemq; probitatem atq; constantiam: Cui labor in negocijs: fortitudo in periculis: industria in agẽdo: celeritas in conficiendo: consilium in prouidendo. Qui veritate amicitiam fide societatem: pietate ppinquitatem colebat. pro Iuppiter: ante diem occidit. Heu q̃ breuibus causis ingentia pereũt: Heu q̃ breues & mutabiles rerũ vices: fortuna nunq̃ simpliciter indulgente. Mortuus est proceres optimi Nicolaus heros fortissimus Cuius animus virtutum omnium presidio munitus illarum decore fulgebat. ¶ Itaq; tollendus ad mundi axes: Tũ q̃ e latio oriundus locorum omnium præstantissimo vnde & lingua latina ab eo nomen accepit: Tum etiam excellentissima eius domo Caietana quæ non modo Ausonidum: sed aliarum omnium p̃se fert principatum nec inferior Aemiliana seu Scipionum familia gestorum titulis & virtu=

Fortuna. Caietana domus.

Honorat⁹. tum? Quid. n. de parentibus omni ꝟtutis officio p̄ſtantiſſimis referam?
Quorũ quidẽ alterũ Honoratum videlicet re & nomine, magnanimo illi
Cathęrina Troianorũ duci: tũ pietate: tũ geſtis merito antetuleris: Alteraꝫ vero pu
diciſſimam. ſ. atq; diã Matronã Cathęrinã Vrſinã: Cũ omĩ ꝟtute: quę in
fœminas cadit, Functa ſit: Nobiliſſimæ & prudentiſſimę Liuiæ Druſil-
læ que ſola Auguſto Octauio imꝑatore digna eſt habita. ¶ Tum ꝙ edu-
catus & eruditus tota pueritia prudentiſſime fuit tanq̃ Achilles a Chiro
ne centauro & bello & armis diſciplinisq; optimis apud regia ſcęptra: tuꝫ
Ferdinandi, Parthenopæi, tũ etiaꝫ Galeatij Marię Mediolani Ducis ſa-
pientiſſimi. ¶ De corpore vero quid dicam? Cũ egregius forma, cũ citus,
cũ fortiſſimus haberetur: q̃lem & quantũ Rutulorũ regẽ Turnũ accepi-
mus. ¶ Quid de animo tam iuſto: tã moderato tam ſapienti: tam ſtre-
nuo loquar? quando fabritiũ alterũ: Mariumue, aut Curium appellaue-
ris? ¶ De continentia eius, de fortitudine, prudentia, benignitate & libe-
ralitate in omnes, religionisq; ſtudio: q̃nam referre potueris: niſi ꝙ Pom
pilio anteponeres? ¶ Quid de officio militari: q̃ ſagax ĩ eo? q̃ acutus: im-
piger: audens magnanimus alacer: optimus imꝑio: fortis bellator: rerũ
conſultus: & ſolertiſſimus? Iure igitur Xantippo Lacedęmonio carthagi
nenſium aſſertori & ꝓpugnaculo: ſiue Camillo: de quo poeta. Et referen-
tem ſigna Camillũ: pręponendus. Quapropter eũ hoſtes maxĩe formida
bant: eũ ſerui metuebant: eũ liberi verebant: eũ charũ oẽs habebant: eoq;
magis, ꝙ dabat oꝑam. Ne qua ciuiũ diſſidia fierent: q̃ enim domus tã ſta
Odia bilis, q̃ tam firma ciuitas eſt, quę non odijs atq; diſſidijs funditus euerti
Pax poſſit? Itaq; pacem (quę eſt tranquilla libertas) inquirebat vt bella fugeret
Concordia q̃m concordia ꝑuę res creſcunt: diſcordia maximę dilabuntur: Diligebat
Diligi. ergo ab omnibus: Cũ rerum omnium nec aptius ſit quicq̃ ad opes tuen-
Iuſtitia. das q̃ diligi: Nec alienius q̃ timeri. Vnde & iuſtus erat: ꝙ fundamentum
Pietas ꝑpetuę ꝯmendationis & famę eſt iuſtitia: ſine qua nihil poteſt eſſe lauda-
Deus. bile. Erat in eo ſpiritus ſapientiæ & intellectus conſilij & fortitudinis, ſci
entię & pietatis. Quę quidem eſt deũ pura mente colere. Quę etiã erga pa
triam aut parentes: aut alios ſanguine iunctos officiũ ſeruare monet. Ti
mebat deum: ꝙ beatus vir qui timet dominum: Veraq; vita eſt: Deum
noſſe: Timere eius Potentiam Amareq; pietatem. ¶ Erat magnanimus
& benignus & clęmens. Vñ alterius ãguſtias ita ſentiebat, vt ſuas: Qua
Ira. de re anguſtia preſſis ita ſuccurrebat: vt ſibi in tali caſu ſuccurri optaſſet.
¶ Non erat auarus, non inuidus, non detractor: nullũq; malum ꝓ ma-
lo reddens. Iracundiã intra pectus non admittebat: Cum qua nihil recte
fieri: nihil conſiderate poteſt. Et omnis iactantię atq; ſuperbiæ maluꝫ ca
Lingua. uens: linguam ab omni mendacio, ab iuramento ab omni periurio abſti
Aures. nebat. Eiuſq; aures non niſi ſermonibus ſanctis & veris auditum prębe-
Manus. bant. Lingua nunq̃ obſcæna aut turpia loq̃batur. Manus ad accipiendũ
Oratio. clauſæ ad dandum apertæ ſemper. Erat in eo oratio ampla deuota: & pu
Impœni ra: ꝓ omnibus enim rogabat. ¶ Et quoniam nihil magis deo repugnat,
tens. q̃ cor impœnitẽs: Nec vlla re ſic deus iraſcitur: q̃ ſi peccator ſuperbiat nec
Pœnitẽtia miſericordiam poſtulet ꝓ delicto: ad pœnitentiaꝫ paratiſſimus fuit ſem

per: vt a misericordiç iudice veniam (quç est pœnç debitæ remissio) conse-
queretur: non enim deus cogeret pœnitere: nisi veniam pœnitentibus cō
cessurus esset. ❡ Eius itaq; mores & virtutum vestigia merito prosequun
tur Germani fratres: Sapientissimus quidem Iacob⁹ omni honore & lau
de dignissimus: Cū nulli⁹ virtutis sit expers: aut indigens: Vnde nec for-
sitan laudaretur eximie: si in eo peritiam litterarum commemorarem: si
ue oris facundiam/suauitatem/iucunditatem: aut eius constantiam/cō-
tinentiam/grauitatem: Multā prçterea historiarum memoriam: natura
lium rerum & moraliū/scripturç etiam sacrç: sanctarumq; legum/& verç
theologiç cognitionem: Qui adeo omni laudum nitore ardet conspicu⁹:
vt par esse meritis sermo esse non possit: Quid igitur tantis & tot virtuti
bus dignum precari debes: nisi vt militantis ecclesiç sceptrum diuina gra
tia illi gestare permittat? ❡ De Guilielmo autem prçstanti & egregia for-
ma/& summç spei adolescente qnid referam? Scitis enim quid illi gratiç in
vultu: quid iucunditatis in sermone: quem summi ingenij vigorē: & quā
præstantiam placidç & altç mentis ostendat: Nec etiam fugit aliquem su
perioribus annis q̄tam liquerit stragem in Vmbria: nam alijs fugientib⁹
Solus ipse pugnæ nodus & mora fuit: cum dura gente virisq; acribus ma
num conserens. Iure igitur Ausoniæ prçsidium appellaueris: & Lauso me
zentij: aut pallanti euandrio comparaueris. ❡ Ij ergo Nicolao fratre iam
defuncto omnes ditionis eorum populos mira prudentia regent. princi-
pes enim constituti sunt: vt populos foueant ac protegant. Ideoq; non ab
re Nicolaus virtutum decus & catholicç sanctitatis norma/extremuz spi
ritum agens/multa mandauit multaq; monuit. subiectos populos illis
commendans: Ante omnesq; Sermonetam ipsorum principum cunabu
la atq; regiam. Cum sit in ea quod de tota Italia scribitur: perennis salu-
britas: est enim antiqua in latio: Sit & cæli temperies: tam fertiles campi
tam aprici colles: tam opaca nemora: tanta olearum & pomorum fertili
tas: tot lacus: tot amnium fontiumq; hubertas: tantaq; virorum inge-
nia & doctrina: Acutiora enim ingenia & ad intelligendum aptiora sunt
eorum: qui terras incolunt eas: in quibus aer sit purus ac tenuis: q̄ illorū
qui vtantur crasso celo atq; concreto. Qua in vrbe defunctum fidissimi ci
ues innumeris prosecuti sunt lachrymis: Nemo enim fuit doloris expers
amisso patriæ parente: probitate morum & ingenii elegantia claro: Re-
puente crudelitatem & matrem crudelitatis iram: ꝙ ex sçua animaduersi
one nulla regi gloria est: Nec minus turpia sunt principi multa supplicia
q̄ medico multa funera: Regibusq; certior est ex mansuetudine securitas.
❡ Quod & vos fratres imitaturos non dubito quorum consilio & proui
dentia tranquilla pace subiecti omnes fruentur. ❡ Et quia nullius anima
quuz semel a corporis carcere euolauerit/lachrymis reuocari potest: Iam
supprimendæ sunt illæ: opponēda quç rebus aduersis fortia pectora: quo
ties enim aspera patienter feruntur & mitia & leuiora fiunt: hiq; optime
miserias ferunt: qui abscondunt: eoq; maxime lachrymis adhibendus est
modus: quçq; acciderunt çquo animo ferre debetis: ꝙ Nicolaus inclytus
heros iam vita & gratia sempiterna virtutū operein paradisi delitiis frui

Marginalia: Iacobus. Guiliel[m]⁹. Princeps. Ingenia. Supplicia. Securitas. Tolerantia

beatoꝝ vita tur: qua vita nihil beatius: nihil omnibus bonis affluētibus cogitari potest: Nam tum maximis: tum æternis voluptatibus affluit: ꝙ nulla in cęlo: nec fortuna nec temeritas: nec erratio: nec vanitas inest. præclarorum
Animus. Mors ꝙ animi hoīm diuini sūt & ęterni: qa mors nō extinguit hoīem: sed ad pmiū virtut admittit: Nā virtut pmiū ē post mortē: Qui aūt se vitiis aut sceleribꝰ ꝯtaminauerit: voluptatibusqꝫ seruierit: is dānatꝰ ęternā luet pœ
Mors scda. Inferi nam: quam diuinæ litteræ secundam mortem nominant: quæ est & perpetua & grauissimis cruciatibus plena. Sunt enim inferi: & sedes piorum ab impijs discretæ vt etiam Zeno Philosophus asserit: Itaqꝫ alij luūt pęnas in tenebrosis locis atqꝫ in cœni voraginibus horrendis. Alij vero quietas & delectabiles incolunt regiones: vt nicolaus heros: a dijs immortalibus ereptus ex his miserijs atqꝫ iniquissima conditione vitæ. Post has mundi tenebras visurus clarissimam lucem. Dixi.

¶ In Funere Metelli Badij viri doctissimi. Titulo vigesimotertio.

RElata Metelli Badij peracerba & luctuosa morte adeo me vndiqꝫ mœror, afflictatio, luctus & angor iuasere: optimi & eximij ciues: vt illico maximā lachrymarū copiā vsqꝫ ꝓfuderī. Cum igit ita mestꝰ: ita exterritus, & fere exanimis nedū exanimatꝰ adhuc perstem: & ipse consolatione & prudentissima & vehementi egerez potiusq̄ alijs consolandis vacarem. Vbi tamen rogatus sum: obsequendi studio pro virili nitar de summis Metelli infelicissimi laudibꝰ aliquid iā
Patria. differere. Adeste quęso. ¶ Si patria quispiā: si atauis: si parentibus: si doctrina & moribus laudari potest: Quis ille qui Metellum etiam atqꝫ etiā laudandum inficias eat? Venetijs enim locupletissima nobiliqꝫ & illustri progenie ortus. Quę sane ciuitas imperio & consilio: & autoritate tantuz italiæ cæteras præstat: quantum alias Roma pluris erat: q̄ reliquæ orbis terrarum. Vrbes etenim multę & amplę & populosę: atqꝫ insignes multa
Attaui. qꝫ regna illius & ditissimę & mirandę ditioni addictę. ¶ Ex Atauis legitur Callimachum artibus eruditum liberalibus multas & optimas patriæ constituisse leges: vt palam cunctis. Fuit item ex hac clarissima sobole. C. Gracchꝰ vir īpiger & strenuissimꝰ ī re militari: q patrij ductor exercitus īnumeras Parthenopæi reg apd Metauꝝ cohortes nō ꝓcul foro sempronio deleuit. Vbi siqdē hostiū decē millia (vt historici assert) desiderata socioꝝ vix duo millia. Possē adhuc plīmos eiusdē sobolis haud dissimiles enarrare: veꝝ ne auditoribꝰ tędio forē: ad clarissimū & egregiū Tydeū
Pater. Metelli patrē diuertā. Qui quāta & āplitudie & authoritate fuerit: aperire non mihi opus: cum omnibus liqueat. Veruntamen illius eloquentia credi poterat: non longe inferior illa philosophi: qua Theophrastꝰ ob diuinam quodammodo eloquentiaz ab Aristotele appellatus. poterat etiam comparari Periclis eloquio Atheniensis: qui dicendo tantum valuisse fertur: vt suoruz ciuium animos: quo libuerat: facile duxerit. Hac re igitur apud Venetos omnis & eloquētissimus & sapientissimꝰ. Tydeus ha=

bebatur. Quantaq̧ claritudine: quantis animi dotibus fulserit: explicandū minime: q̄ oīb⁹ luce clari⁹ illū eq̄stri ordini sūmo pōtifice ascriptū fuisse: ab venetis suis Noueuirū nūero: atq̧ collegio. quo q̄dē ad sūmū facile poterat gradū euadere. cū ex illo senat⁹ & ppl'i princeps eligi soleat & certe electus esset: si auara fata & īpia illi⁹ vitę spaciū lōgi⁹ aliquāto nō iuidissent. Ei⁹ aūtamē celebratum funus pompa ingenti atq̧ illustri: Cæreisq̧ innumeris & omnis ordinis sacerdotibus: haud aliter q̄ in funere aliquo vl' regio: vel īperatorio fieri solitū. Qua de re iure ac merito habita est oratio funebris a clarissimo & doctissimo Saldino. ¶ Iure etiam memoratu digna/ & laudibus prosequenda mater cornelia: matrona quidem castissima/ & venusta in primis: De cuius nobilitate & moribus loqui nil opus Cuncti etenim certiores estis eā. Q. Metelli filiam: viri & sapientissimi & inuictissimi: qui pro salute: augendoq̧ patriæ regno dimicās: subacto pānoniæ rege priamo cum insigni triumpho domum regressus est. ¶ Natus ergo Metellus Badius istiusmodi parentibus ab ineunte ætate virtuti deditus & cognatis & patriæ & externis omnibus: qui eum conspexerit optimam de se spem obtulit. Qua de re eius mirabili indole incensi parentes: anteq̄ infantię tempus pręteriret: in discipulum ac filium peritissimo & sapiētissimo viro Pomponio Lęto tradiderunt: imitati equidē Macedonum regem Philippum: qui Alexandro filio Philosophorum principem Aristotelē sapientiæ præceptorem elegerat: illi reputans virtutes omnis pceptori cuiq̧ necessarias non deesse: & doctrinam & pudicitiam. Sub cuius Pomponij disciplina annis decem morat⁹: ita pudice atq̧ assidue studio incumbebat: q̄ duodeuigesimo anno & grammaticus: & poeta: & orator euasit. ¶ Contulit se deinceps Patauium vbi annis quinq̧ tanta cura & diligentia noctes & dies operam litteris adhibebat: vt anno quidem vicesimo tertio septem liberalium artium cognitionē mirandam & perfectam nancisceretur: non latine duntaxat/ verum & Attice. Hinc maximo cum honore/ & hilari fronte/ animoq̧ prōptissimo a doctoribus: eximijsq̧ philosophis aureum insigne vigiliarum suarum pignus & monumentum recepit. ¶ Redijt posthac in patriam expectatissimus. vbi sūmę doctrinę: sermonisq̧ lepidi fama & nomen suum ita excreuerat: q̄ quum Pannoniæ regi orator mittendus esset: Senatus omnis & populus vno ore Metellum Badium elegerunt. qui eo profectus ab inclyto rege tanta veneratione receptus est. q̄ ab regia sua vltra viginti passuum millia equites centum aureis torquibus decoratos illi obuiam misit. Quorum cuilibet erant comites quinquaginta. Rex etiam ipse extra limina passibus triginta expectans ingenti gaudio & lętitia illum complexus est: & recepit. Quanta equidē vix vnq̄ pius Aeneas a Punica regina: vel Latino socero post Turni cladem receptus: Iunctisq̧ manibus regiam petierunt: vbi & regi & illius proceribus orationem Metellus habuit: non secus: q̄ vel Cato: vel Cæsar: vel Cicero: vel Atheniensis orator habuissent. Qua quidem absoluta cuncti/ sed Rex potissimum summa illius doctrina: huberrimaq̧ facundia diutius admirabundi stupidiq̧ effecti ora cōtinuerunt vti &

Mater.

Metellus Badius.

Patauium.

Orator in Pānomiā.

Apollonio greco oratori. M. Tullio grece orante legim⁹ accidisse. Iunctis iterum manibus penetralia superbis aulęis auratisq; trabibus ornatissima ingressi sunt. vbi regifico luxu paratę dapes: & quātas & quales Aenee Dido/Euander Herculi Heroibus/vti legitur/minime parare potuerint. Amotis deinde mensis/habitoq; sermone de regno/de rebus magnis & inclytis/velut de Scipione Aemyliano & masinissa rege Numidię scribitur: post multam noctem suo thoro quilibet acquieuit. Preteritis inde diebus aliquot & responso & gratia ex sententia habitis/maximo cum honore & gaudio patriam petijt. Quocirca breui exinde Orator ad summum pontificem Innocentium octauum electus. Qui primum illustrissimæ dominationis Venetę gratia/deinceps nomine & fama virtutum eius: doctrinaq; eximia & multiplici extra vrbis portam mille passibus & vlteri⁹: triginta episcopis: duodecim cardinalibus: octoq; regulis peditum atq; equtum octingentis honestatus & comitatus est. Viæq; passim & Romanis & externis refertę visendi gratia Metelli Badrij excellētiam: Magno igitur cum triumpho in contubernium suum deductus. Sequenti luce summū pontificem visens hilari vultu acceptus est. Cognita posthac virtute: doctrina: eloquentia: inclytum: illustrem: eximiū esse: tanto in illum amore affectus est: vt si forte dies pretérijsset: quo eius aspectu careret: sine merore nō esset. ¶ Iccirco vbi accidit: eligendum carnorum presulem Innocentius sponte sua Metello statim nec alij honorem hūc tradidit. Cui vitę cursu defuncto suffectus est Alexander sextus. Itaq; Metelli fama illectus illū accivit. Hortatusq; est: & rogauit apud ipsum morari: pollicitusq; ei⁹ animo breui satisfactum iri. ¶ Sed o fortunā: qua nemo diu fouetur. O/mortem acerbam: iniquam: importunam. O fata aduersa: Priusq̄ Alexander primum sui pontificatus annum præterijsset: fuit Metellus dira peste oppressus. Et si prouidentia recte prospiciens adesse mortem ab vrbe migrauerat: ruriq; omni contagione semotus se contineret. O Phœbe: O Pallas: o Liber: o musę: obijt ille sacerdos: ille minister: & presidiuȝ & dec⁹ vestrum. Miseri latini: infelicissimi studiosi iacturam hoc anno perpetuum adeo grauem adeoq; onerosam fecimus q; alias nunq̄ fortassis eiusmodi latinę lingue cultorem nobis adesse contigerit. Erat enim Metellus illius & curiosus: & perit⁹: & studiosissim⁹: ingenioq; solerti & perspicaci. Quapropter res omis obscuras: ambiguas: & obstrusas: facile claras certas apertas reddere potuisset. Quod plane eius summa diligētiæ & acumen ostendunt: Quibus latinę linguæ codicibus plurimis emendandis: Grecorumq; voluminibus latinę: per eum traductis est vsus: Quorum tamen portionem maximam fatorum sæuitia: fortunęq; liuore non valuit exequi. Conuoco igitur latinos omnis: & græcos: & Barbaros: omnisq; studiosos ad luctum. ¶ Vos autem Germani eius clarissimi & insignes ad vnum hortor Metelli vestigia imitari: vt facitis: qui merito nunc afflicti in tanta calamitate fortitudinis munere fungi debetis: Cogitareq; mortalium vitam omnibus fortunæ telis obiectam: Cogitare etiam mortem & bene & recte viuentibus transitum esse ad meliora. ¶ De Metelli sanctissima vita dubitarit nemo: cum a teneris annis pudicissimus: & con-

Orator ad pōtificem.

Carnorum Præsul.

Mortis deploratio.

Consolatio suorum.

stantissimus omni vtutum genere vsq ad vltimum fuerit: Naz quid de pietate in deum in patriam & parentes: de liberalitate in fratres eiusdem: & sorores: de beniuolentia in omnes: Quid etiam de tolerantia sua in p= speris & aduersis: De ratione prauæ libidini dominante: Quid de Vere= cundia & Innocentia in omnes dixero? Profecto hæc eius vexilla talē Me tello triumphum contulere: qualem ab ijs sanctæ & appetendæ virtutis comitibus segregatus adipisci poterit nullus. Credite igitur proculdubio credite beatorum sedibus: Metellum assumptum esse: & morte immorta litatem redemisse. Cuius quidem & nos portiunculam cōsequemur: si ve lut ille virtuti deditι passim fuerimus. ¶ Reliquum est viri præstātes age re pompę gratias: Cuiq igitur luctuosuz funus comitari & honestare di= gnato/ Badiæ familiæ nomine gratias ago q̄maximas. Deum orans illi concedat/ omnibus ac singulis digna prēmia posse reddere tum iucundis tum lætis rebus. Valete iam cuncti & viuite. dixi.

Defuncti laudes.

Gratiarum actio.

¶ Monstrum Gemellorum.

¶ Anno christianæ Salutis. MDIII. Sextodecimo Calendas Apriles: id ē die Martij decimo septimo prima sextę feriæ: idem diei veneris hora: Ale xandri Borgiæ sexti Pontificis summi anno: xj. in vrbe Roma Hispana mulier Hagnes appellata nata annos vt ipsamet rettulit mihi duos & vi ginti (cuius vir Aluerus dicebatur hispanus etiam & annorū trigita) Ge mellos peperit ab vmbilico pectora vtrinq pellicula triuz digitorum la= ta connexos. Vmbilicus autem vnicus ambobus erat in medio quidem ex infimo amborum confinio dependens. Vtriq mares: Vtriq speciosi: cuiq enim sua perfecta & integra membra. Eorū alter: Cuius caput pri⁹ editum parumper vixit: Alterius caput extinctum exijt difficulter. Huic manus dexteræ pollex in summo bifidus: duo enim digituli cum suis vn guibus extabant. Erat ambobus statura gemellis conueniens: Eosdē in= colę fere omnes vrbis Romę: & Epi & Cardinales aliq iuxta ædē diui Sa= turnini in regione sancti Angeli conspexerunt: e fenestra enim non alta ni mis duo iuuenes humanissimi toto ferme die omnibus eo concurrenti= bus ostentabant: ipse etiam manibus meis contigi tractaui. Vt testimo= nium rectius ac verius posteris perhiberem. Hora autem vicesima secun da perlati ad summum pontificem (vt aiunt) paulo post ad parentes hu mandi remissi sunt.

Finis.

¶ Hi Antonij Mācinelli Sermones impressi sunt ad exemplar impressio nis eorundem Romę in Campo Florę: non Io. Tacuini: quod auctor mē dosissimum criminatur: In alma parrhisiorum academia: in ędib⁹ Ascē= sianis: communibus impensis ipsius Ascensij & Ioannis Parui/ Iouis sancto ante pasca. MDXI.

¶ In quorum commendationem. Sequitur Epigramma.

Ioannes Brucherius Trecensis commendatiuo epigrammate Librum superiorē alloquit.

Vade liber gallas non ātea vise per vrbes:
Omnigena semper gente legendus abi.
Excipiet tota lęto te gallia vultu
Excipiet clariæ tota caterua domus.
Omnibus excipiet semota britannia terris
Excipient siculi celtiberi calabri.
Et nobis italis qui te asportauimus oris
Optabit pilios tota iuuenta dies.
Immatura omnem surget tibi fama per orbem
Magna tibi æternę gloria laudis erit.
Ne trepides tetro quæ zoilus euomit ore.
Hęc sunt iudicijs paruiputanda tuis.
Tu nihil: vnde tibi mordaci detrahat ausu
Assuetus summa carpere liuor: habes.
Hæc canis a tetrico quæ sint laudanda catone
Socratico quæ sint ore probanda refers
Quę diuiniloqui tollat censura platonis
Quę pater eloquij Tullius ipse colat.
Non nisi inexcultus te spernet Meuius vnq̄
Non nisi ab indocto est spreta minerua viro.

ΤΕΛΟΣ.